



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

Tractatus VII. De Circumstantiis aggravantibus non necessario explicandis
in confessione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

TRACTATUS SEPTIMVS

De Circumstantiis aggravantibus, non
necessariò explicandis in Confessione.

RESOL. I.

An Circumstantia notabiliter aggravantes sint in confessione à Penitentibus aperienda? Ex part. 1. tractat. 7. Resol. 1.

ALQUI affirmatiù respondet, vt ex veteribus Altiſiodorensis libr. 4. summ. tractat. 6. capit. 3. quaſtione tertia. Alensis part. 3. quaſt. 18. membr. 4. artic. 3. §. 2. Marſilius in 3. ſentent. diſtinct. 12. articulo. 1. part. 1. dub. 1. Maior. ibid. quaſt. 4. Idem etiam docuit Sotus ibid. diſtinct. 18. quaſt. 2. artic. 4. Victoria in summ. 177. Caietanus in summ. verb. Confessio, condit. 1. §. Suarez in 3. part. tom. 4. diſputat. 22. ſect. 3. Nugnus in addit. ad 3. part. 2. §. 9. art. 2. dub. 2. concol. 2. Sanchez in ſpon. tom. 1. lib. 2. cap. 1. 1. num. 2. 4. Henriquez & Fagundez ubi infra. Llamas in ſum. part. 3. §. 14. Coninch de Sacrament. diſp. 7. dub. 3. concol. 1. numer. 13. & nouiſſimè Ioan. de la Cruz in director conſcient. part. 2. de Sacrament. Penitent. quaſt. 3. dub. 5. concol. 2. Carillo poſt itiner. ordinan. in repet. can. ſum. quaſt. 14. num. 6. de ſarto notabili. dub. 7. num. 5. 4. Fabrus ubi infra. & Petrus Fay in addit. ad 3. part. quaſt. 9. diſp. 5. concol. 1. & Petrus Ledefma in ſum. tom. 1. de Penit. cap. 18. concol. 4. & Syluius in addit. ad 3. part. 9. §. 9. art. 1. dub. 1. Qui hanc ſententiam ita certam iudicant, vt contrariam improbabilem planè exiſtunt, neque vlla ratione poſſe ad praxim deduci.

2. Sed falluntur equidem: nam opinionem negatiuam aſſerentem, circumſtantias aggravantes non eſſe in Confessione aperiendas, non minùs probabilem, & tutam in praxi, quàm affirmantem cenſeo. Et ita docet D. Thomas in 4. diſtinct. 16. quaſt. 3. art. 2. quaſt. 5. Durandus ibid. q. 4. Gabriel q. 1. Paludanus q. 3. art. 3. Bonauentura diſtinct. 17. q. ultim. Scotus q. 1. artic. 2. Carthufianus q. 2. Almainus q. 1. art. 2. Albertus diſp. 16. artic. 2. 4. Ouandus diſt. 16. propoſ. 23. Herrera in 2. diſp. 3. 1. q. 7. corol. 3. poſt regul. 2. Adrianus q. 4. de Confess. artic. 2. Turcremata de Penitent. §. cap. 1. num. 11. Vigneus in inſtit. cap. 16. §. 4. verſ. 17. Antonius 3. part. titul. 14. cap. 19. §. 7. Couarr. in 4. decret. part. 1. cap. 1. num. 14. Sylueſt. verb. Confessio q. 9. & verb. circumſtantia, num. 2. & 3. Angelus verb. Confess. 1. num. 13. Tabiena verb. circumſtantia, num. 6. & 8. Armilla eodem verb. n. 2. & 4. Sum. Confellorum lib. 3. titul. 34. q. 81. Corduba in ſum. q. 2. Medina C. de Confess. quaſt. 7. de circumſtantia. Nauatrus cap. 6. num. 7. & in cap. conſiderat. de penit. diſtinct. 5. num. 6. ex neotericis Alphonsius Regius in ſuis Reſolut. caſ. 30. num. 5. Valquez in 3. part. tom. 4. quaſt. 91. art. 3. dub. 2. & 4. Reginaldus in praxi tom. 1. lib. 6. cap. 5. num. 135. Valenta tom. 4. diſput. 7. q. 11. punct. 1. Leſſius lib. 4. cap. 3. dub. 12. num. 8. Zanardus in direct. Theol. p. 1. de Sacrament. quaſt. 18. Giptius de caſ. referu. c. 8. n. 5. Ortix in ſum. c. 23. n. 44. Ochagaua de Sacram. n. 2. q. 14.

Ioseph de Ortu Parochi in speculo Parochorum, c. 9. n. 7. Ioannes Sancius in practiciis diſputationibus, diſput. 1. n. 6. Puteanus in 3. p. D. Thome. p. 2. q. 2. dub. 4. concol. 1. Pefantius in addit. ad 3. p. q. 10. §. de integritate Confess. diſp. 2. q. 3. Zerola in praxi, de Penit. c. 12. q. 5. & hanc ſententiam probabilem vocant etiam aliqui ex aduerſariis, vt Henriquez lib. 1. c. 7. n. 4. Fagundez de Precept. Eccleſ. punct. 2. l. 4. c. 2. n. 6. in ſin. Pitigianus in 4. ſent. diſt. 16. q. unica, art. 5. concol. 5. Fabrus de Penit. in 4. ſent. diſt. 17. q. unica diſp. 24. c. 1. num. 18. & Villalobos in summ. tom. 1. tract. 9. dub. 36. num. 8. vbi ita aſſerit: Si alguno quiſiere ſeguir la opinion contraria de nueſtra concoluſion, no lo podremos condenar, pues tiene tan buenos padrinos, y la podra ſeguir. Et ratio eſt.

3. Primò, quia iure diuino non tenetur quis confiteri niſi omnia peccata mortalia: ſed reticendo circumſtantias, quæ non prohibentur peculiari præcepto conſtituitur quis omnia peccata mortalia: ergo, &c. Probatur minor: quia peccatum eſt dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei; ergo, ſi aliqua circumſtantia non prohibetur peculiari præcepto, non eſt ſpecialis peccatum. Vt, v. g. eodem præcepto prohibetur furtum mediocriſ quantitatit, & magnæ quantitatit: ergo, quamuis non exprimat quantitatit rei ablata, ſufficit ſic confiteri: Fateor, me commiſiſſe furtum, quod attingit peccatum mortale.

4. Secundò, Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. c. 5. agens de circumſtantiaſ ait, eſſe præceptum conſitendi illaſ, quæ ſpeciem mutant: ergo, cum de aggravantibus taceat, virtute negat tale præceptum ad illaſ extendi. Probatur conſequentia: tum, quia inſtegram doctrinam tradit de omnibus neceſſariis ad hoc Sacramentum; tum etiam, quia præmittit illa verba: Nihil aliud ab Eccleſia à penitentibus exigitur, quam vt, &c. Ergo, nihil aliud eſt ſub præcepto niſi quod præſcribitur.

5. Tertio, ſi vera eſſet contraria ſententia, teneretur peccator ſcire circumſtantiaſ aggravanteſ, ſicut teneretur ſcire peccata mortalia, quæ confiteri debet: hoc autem eſt valde durum; ergo, &c. Et quia ex hac opinione reſoluuntur benignè multi caſuſ, ego in gratiam Confellariorum ponam hęc ſelectioreſ, & magis in praxi occurrenteſ. Idèd quero.

RESOL. II.

An circumſtantiaſ notabiliter minuenteſ peccatum, teneatur quiſ in confessione explicare?
Et quid de aggravantibus? Ex part. 5. tractat. 14. & Miſ. 2. Reſol. 85.

§. 1. **P**Vella, v. g. inopia oppreſſa, vel mortis metu admittens iuuenem ad ſe cognoscendam, peccat mortaliter; nihilominus illa circumſtantia multum alleuiat peccatum, & conſulit ſuæ famæ, de qua curâ habere tenemur ex Eccl. 4. 1. Quaritur an in hoc,

F f 4 &c

& similibus casibus teneatur poenitens talem circumstantiam notabiliter minuente in confessione aperire: Et affirmatiuè respondet Sotus in 4. dist. 18. q. 2. art. 4. concl. 5. & nouissimè Philippus Faber de poenit. in 4. sent. dist. 17. q. vnic. disp. 24. c. 1. n. 23. cum aliis, & ratio est, quia si non explicatur talis circumstantia, Confessarius decipitur in re graui. Deinde si circumstantia notabiliter aggrauates sunt necessariò confitenda, secundum aliquos, ita & minuente.

2. Nec valet dicere cum Nauarro, Paludano, & aliis, quos citat & sequitur Suarez 10. 4. dist. 22. scilicet 3. contrariam sententiam docens, magnam esse differentiam inter circumstantias aggrauantes, & minuente, tum quia si à poenitente non explicantur, non possunt excogitari licite à Confessore, quia faceret ei iniuriam; minuente verò sine periculo à iudice possunt excogitari prudenter ex aliis coniecturis. Ceterum, pace viri docti, hæ rationes videntur non satis probare; nam certè quòd aliqua puella admittat iuuenem ad se ad peccandù cum mortis periculo, vel si inopia oppressa, non est modus ordinarius, & si quis vellet facere hoc iudicium sine confessione poenitentis, facile possèt decipi, vt patet, quia hæc rard accidunt; nec debet Confessor iudicare peccatum ita esse factum, nisi ex confessione poenitentis sibi constet, neque ex aliis coniecturis potest hæc circumstantiam iudicare facile, quia puella non tenetur ei aperire statum, & circumstantias, quæ non pertinent ad confessionem, ex quibus tamen habuit ortum illa oppressio, & metus.

3. Verum quia ego puto circumstantias notabiliter aggrauantes non esse in confessione explicandas, consequenter doceo, nec notabiliter minuente, & ideo in casu proposito de puella negatiuam sententiam doceo.

RESOL. III.

An ingratitude, qua quis post remissa peccata denno peccat, sit necessario confitenda?

Et vtrum maius peccatum sit, quod committitur contra innocentiam, an contra beneficium remissionis peccatorum? Ex part. 10. tractat. 13. & Miscell. 3. Resolut. 4. c.

§. 1. **S**cotus in 4. dist. 22. quest. 1. art. 3. putat necessario esse explicandam in Confessione hoc modo: Antea grauitè Deum multis peccatis offenderam, & puto me fuisse consecutum veniam, unde nunc rursus peccando, tanto beneficio fui ingratus: Respondeo, & dico primo: Quando ingratitude est speciale peccatum, est necessariò confitenda; vt si quis longo admodum tempore nullas Deo gratias egit, si beneficia illius contempserit, vel etiam paruifecit, si aliquid in contemptum Dei, vel eius beneficiorum fecit. Est communis sententia Doctorum. Dico secundo: Quando ingratitude non est peccatum speciale, sed dumtaxat circumstantia peccati, non est necessariò confitenda. Est etiam communis Doctorum. Et ratio est, quia etsi addat aliquam nouam malitiam super malitiam peccati, non tamen tanti est momenti vt per se sit mortalis. Adde, quod nec Fideles conseruerunt se de hac circumstantia accusare, nec Confessarij eos interrogare. Bonum tamen est eam explicare ad maiorem humilitatem. Et hæc omnia Docet Lessius in 3. part. D. Thomæ, quest. 88. artic. 2. num. 12.

2. Sed vtrum maius peccatum sit, quod committitur contra innocentiam, an quod contra beneficium remissionis peccatorum: Scotus dist. 22. art. 3. & Cæcilianus vbi supra, in D. Thomæ, putant maius esse

peccatum, quod contra innocentiam fit; quia tunc innocentia est maius beneficium; quam remissio peccatorum. Contrarium videtur sentire D. Thomas hic ad 3. & Dominicus Soto, dist. 16. q. 1. art. 2.

RESOL. IV.

An qui solum meminit peccasse mortaliter, nescit tamen speciem peccati, possit illud tantum in genere confiteri, non se accusando de aliquo peccato in particulari?

Et an qui non habet peccata mortalia, sed tantum venialia satisfaciat in genere, dicendo se venialiter peccasse, non explicata specie, vel numero peccatorum? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 66.

§. 1. **N**egatiuam sententiam docent Abulensis, Cano, Medina, Sotus, & Ledesma apud Villalobos vbi infra, quia confessio est actus iudicialis vt patet ex Trid. sess. 14. c. 5. Ergo debet veritari circa aliquod peccatum particulare.

2. Sed contrariam sententiam sustinendam esse puto, quam docent Coninch de Sacr. disp. 7. dub. 10. n. 97. & Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 6. c. 12. n. 7. vbi sic asserit. Si poenitens non recorderetur speciem peccati, sed tantum in genere, se mortaliter peccasse, v. g. in prauæ cogitationis consentiendo, debet hoc ipsum Confessario explicare. cum hæc sit sufficiens, imò necessaria materia sacramentalis confessionis, & absolutionis. Ita ille qui citat D. Thomam, Nauarrum, & Suarez, & hanc sententiam fusè docet Villalobos in sum. 10. 1. tr. 9. diff. 34. n. 3. verum est, quod addit, que como no ay hombre que no tenga peccados veniales baga prudentemente que en este caso confessare tambien algun peccado venial, por andar à lo cierto en negocio de tanta importancia, mas quando no lo hiziese, la confession general que queda dicha, es materia bastante en el articulo de la muerte y fuera del. Sic Villalobos, qui respondet ad argumentum supra positum.

3. Notandum est etiam hic obiter, quòd aliqui Doctores, quos tacito nomine referunt Homobonus de exam. Eccl. sp. 1. tr. 5. c. 13. q. 83. & Bonacina de Sacr. disp. 5. q. 5. scilicet 2. punct. 2. §. 3. diff. 2. n. 15. tenent, quòd, qui non habet peccata mortalia, sed tantum venialia, satisfaciat in genere, dicendo se venialiter peccasse, non explicata specie, vel numero peccatorum. Et hanc sententiam, tanquam probabilem, admittere videtur Homobonus, nam contrariam quam ipse tenet, vocat tantum veriozem, sed illam ex Suarez, & Coninch refellit Bonacina vbi supra.

RESOL. V.

An sit peccatum necessario in confessione explicandum, si quis facit aliquid contra conscientiam dicentem illud confusè, vt peccatum, non determinata materia in particulari, nec vnde possit deduci, an sit mortale, vel veniale?

Et notatur, quod si quis falsò putans hodie esse Vigiliam, carnes comedat, an sufficiat dicere in confessione, comedi carnes in die prohibito, quia peccatum eiusdem speciei commisit, ac si verè fuisset Vigiliam?

Ex quo irse iur agere contra conscientiam non esse speciale peccatum contra speciale præceptum, vel virtutem. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 161. aliàs 162.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent Valquez in part. 1. de sp. 59. cap. 3. num. 10. Azorius com. 1. lib. 2. cap. 8. quest. 6. Clauis Regia lib. 1. cap. 4. nn. 17. Reginaldus tom. 1. lib. 11. cap. 3. 2. & alij. Nam operati cum

cum tali conscientia, est peccatum mortale, qui enim ita operatur absque alio examine, exponit se periculo peccati mortalis, & ideo venialiter vult illud committere, quaecumque sit; ergo operari cum tali conscientia, est peccatum mortale, unde necessarium est in confessione aperiendum. Hæc sententia est probabilis.

2. Sed non minus probabilem contrariam esse existimo, quam tueri Valentia *tom. 2. disp. 2. quest. 14. punct. 4.* Salas *in part. 2. quest. 1. tract. 8. disp. 1. sect. 3. num. 3.* Nauarrus *in manual. pral. 9. num. 9.* & alij, quia velle id quod in genere dumtaxat iudicatur illicitum, non videtur esse grauis malitia, cum huiusmodi voluntas contineat se adhuc intra limites eius rationis, quæ est communis peccato mortali, & veniali, & ideo est imperfecta in genere mali, & constituit tantum peccatum veniale. Ergo operari cum tali conscientia, non erit necessarium in confessione explicare. Secus autem, quando aliquis operatur cum conscientia dicente aliquid esse mortale, aut veniale speciale.

3. Notandum est etiam hic obiter, quod si quis falso putans hodie esse vigilia, carnes comedat, sufficit dicere in confessione: Comedi carnes in die prohibito, quia peccatum eiusdem speciei commisit, ac si verè fuisset vigilia, quidquid in contrarium asserat Valentia *to. 4. disp. 7. quest. 1. punct. 1.* & Nauarrus *in man. cap. 6. num. 14.* afferentes esse necessarium explicare, quod peccauerit contra conscientiam. Unde infertur agere contra conscientiam, non esse speciale peccatum contra præceptum, vel virtutem, sed continere tantum generalem, quandam rationem peccati, quæ determinatur ad talem rationem peccati, ex tali aut tali materia præcepta, quæ per conscientiam proponitur. Vide Salas *in part. 2. tract. 8. disp. 1. sect. 3. num. 28.* Clauem Regiam *lib. 1. c. 4. n. 12.* & alios penes ipsos.

RESOL. VI.

An qui cum conscientia erronea fecit aliquid nec tamen in cogitatione distinxit, an illam actionem facere esset peccatum mortale, vel veniale, debeas in confessione talem circumstantiam conscientia erronea aperire, si postea inuenit non esse peccatum mortale illud, quod fecit? Ex part. 1. tractat. 7. Resolut. 24.

§. 1. Affirmatiuè respondet Sanchez *in summa tom. 1. lib. 1. cap. 11. num. 7.* Valquez *in part. 2. tom. 2. disp. 59. cap. 3. num. 10.* Azorius *p. 1. l. 2. c. 8. g. 6.* & alij.

2. Sed contrariam sententiam probabilem etiam esse puto, quam docet Nauarrus *in manuali. pralud. 9. num. 9.* Lopez *in instruct. part. 1. cap. 3.* & ex neotericis Valentia *tom. 2. disputat. 2. quest. 14. punct. 3.* qui hanc rationem adducit: [Nam velle id quod in genere dumtaxat iudicatur illicitum, non videtur esse grauis malitia, cum contineatur adhuc eiusmodi voluntas intra limites eius rationis, quæ est communis peccato mortali, & veniali, atque adeo sit imperfecta in genere mali: itaque solum hinc erit peccatum veniale.] Ita Valentia. Unde talis circumstantia non erit in Confessione necessariè aperienda.

RESOL. VII.

An sit necessarium in confessione explicare si quis peccauit scienter, aut ignorantia culpabili? Et quid est dicendum, quando ea ignorantia moraliter vincibilis excusaret à mortali transgressione humani præcepti?

ter vincibilis excusaret à mortali transgressione humani præcepti?

Et quid, quando ignorantia est affectata, & maximè si affectata esset ad liberius peccandum?

Et an quando quis peccat ex ignorantia sint ibi duo peccata, unum ignorantia, alterum, quod ex ignorantia admittitur? V. g. est aliquis, qui ex culpabili ignorantia non legit Horas Canonicas, ad quas ratione Ordinis tenetur, an ille peccet duplici peccato, uno ignorantia, altero contra virtutem Religiosis? Vel si quis ex ignorantia culpabili Decalogi incidat in peccatum homicidij, &c.

Eadem est ratio Confessarij ex ignorantia eorum, quæ ad officium suum pertinent, absoluentis eum, quem absolueri non potest, &c. Ex part. 3. tractat. 4. Resol. 140. aliàs 141.

§. 1. Aliqui affirmant necessarium esse explicare, si peccatum fuit scienter admissum, quia distinctam malitiam importat. Sic Adrianus *in 4. tractat. de confessione, quest. 4. in 2. part. illius,* vbi de circumstantiis paulo post principium *ver. forte obiscies,* & Medina Complutensis, *C. de confess. quest. de circumstantiis mutantibus speciem, paulo post principium.*

2. Sed contrarium docent Nauarrus *in cap. consideret à num. 52. vsque ad 79. de penitent. distinct. 9.* & Suarez *tom. 4. disput. 22. sect. 4. num. 14.* nam, vt ait Valentia *tom. 2. disput. 6. quest. 6. punct. 3.* eiusdem rationis sunt peccata, siue interna, siue externa, cum ignorantia culpabili commissa, cum peccatis scienter admissis, licet scientia illa aggrauet. Addit tamen Suarez, & bene, id esse necessarium aliquando in ordine ad censuras Ecclesiasticas; nam ab illis, vt *infra* dicemus, ignorantia sæpius excusat. Idem etiam dicendum est, quando ea ignorantia moraliter vincibilis excusaret à mortali transgressione humani præcepti; nam in tali casu necesse erit ignorantiam explicare, quippe quamlibet circumstantiam ita minuentem quæ ex mortali efficiat veniale, necessarium est explicare. Similiter dicendum est, quando ignorantia est affectata, licet Nauarrus *in man. cap. 6. num. 12.* dicat eam non esse necessariè in confessione explicandam; quamuis affectata sit ad finem liberius peccandi. Sed ego sic distinguendum censeo. Si ignorans ille exponatur periculo admittendi alia peccata, ratione illius ignorantia affectata, siue affectetur ad finem liberius peccandi, siue ad alios fines, & aduertat ad id periculum, tenetur eam ignorantia circumstantiam fateri; quia mutat speciem: tot enim peccata ille committit, quot committendi periculo se exponit. Vt si v. g. velit fœminam cognoscere, affectet ignorare, quænam sit illa, vel vt liberius peccet, vel ne eius culpa ita grauis sit; hic enim in tali casu exponitur periculo incestus, adulterij, fornicationis, sacrilegij, &c. Si autem ei periculo exponatur, quia nouit fœminam alio statu præter coniugata carere, & an hunc habeat, affectat ignorare, vel affectat ignorare aliam rem, in qua non est aliud præter peccati determinati periculum, tunc si ignorantia non affectetur ad liberius peccandum, non est necesse illam explicare, quia non aggrauat, sed aliquantulum minuit culpam, si verò sit ad finem liberius peccandi, notabiliter aggrauat. Et ita, qui tenent circumstantias notabiliter aggrauantes esse necessariè confitendas, dicendum est hanc circumstantiam fatendam esse. Qui verò contrarium censent, dicunt cum Nauarro illam fatendam non esse, quia intra eandem speciem notabiliter aggrauat. Et hæc omnia mutuatus sum à Sanchez *summa, tom. 1. lib. 1. cap. 17. num. 23.* quæ valde à Confessariis notanda sunt, non enim ita facile in eorum summis inueniuntur, sicut ista, quæ hic sumpsi à doctissimo

Sup. contento in hoc. & seq. §. in Ref. seq. §. vlt.

Sup. hoc in §. not. præteritæ.

doctissimo Ioanne Maldero in p. 1. D. Thoma, q. 76. art. 2. ubi sic asserit.

Sup. contem-
to in hoc s.
in fin. Ref.
9. §. Et taute
& rege etiam
§. 1. & magis
la e in alia
Retol. pra
dictorum §.

3. Queres, quando quis peccat ex ignorantia, suntne duo ibi peccata, vnum ignorantie, alterum quod ex ignorantia admittitur? v.g. est aliquis, qui ex vincibili ignorantia non legit horas canonicas, ad quas ratione Ordinis tenetur, an ne ille peccet duplici peccato, vno ignorantia, altero contra virtutem Religionis? Pro responsione obseruandum est, ignorantie peccatum pendere ex obligatione sciendi, obligatio autem sciendi interdum ex eo solo pendet, quod obligemur aliquid facere, vel omittere, ad quod faciendum, vel omittendum opus est cogitatione eius, aliquando autem prouenit obligatio sciendi ex peculiari precepto, quo tenemur habere scientiam, camque nobis comparere. Quo supposito, respondeo, quando obligatio est prioris generis, peccatum ignorantie, & peccatum, quod ex ignorantia fit, non esse duo peccata, aut duplicem malitiam, quia tantum incurritur eo casu in peccatum ignorantie, quando per eam incurritur in periculum incidendi in aliquo peccato, siue illud sequatur, siue non. Quando vero obligatio sciendi est posterioris generis, ignorantia est peccatum per se, etiamsi non fuerit periculum alterius secuturi ex ea peccati, & quando ex illa ignorantia aliud peccatum admittitur, sunt ea peccata distincta. Imo etiamsi fuerit solum periculum alterius peccati specie distincti, coniunctum cum peccato, talis ignorantia, si fieri poterit concurrente sufficiente aduertentia illius periculi, vt contrahatur prater malitiam ignorantie, etiam malitia istius periculi, verbi gratia, si quis ex ignorantia culpabili Decalogi, incidat in peccatum homicidij, duplex peccatum admittit, vnum negligentie sciendi illud, quod scire poterat, & debebat, videlicet Decalogum; alterum homicidij. Eadem est ratio Confessarii ex ignorantia eorum, que ad officium suum pertinent, abluentis eum quem non potest abluere. Hec omnia Malderus; vide etiam Adamum Tannerum in part. 2. disput. 4. quest. 9. dub. 1. num. 12. et 13. & alios penes ipsos tractantes propositam questionem, videlicet, vtrum ignorantia vincibilis sit peccatum speciale, ideoque distinctum ab eo, cuius est causa. Sed de hac questione iterum redibit sermo, vbi contra Malderum, & alios Doctores supra, citatos multis disseram, licet omnia supradicta probabilia sint.

Sup. hoc in
Ref. & s. an
not. prateri-
ta.

Sup. hac ig-
norantia Co-
fessarii in
Retol. nec
prater te in
fine §. huius
dem. que

RESOL. VIII.

An aliqua ignorantia, que aliis esse mortaliter culpabilis, que non sit affectata, aut crassa excuset a transgressione preceptorum humanorum; quia ius humanum non obligat cum tanto rigore, vt obligat ius diuinum?
Et an peccatum ex ignorantia culpabili, vel scientia commissum, non ita differat, vt necessario debeat in confessione eius differentia explicari, videlicet, an fuerit commissum ex ignorantia culpabili, an scienter?
Et quid, si peccatum procederet ex ignorantia affectata liberius peccandi: an tale peccatum sit explicandum in confessione, tanquam constituens speciale malitiam? Ex part. 4. tractat. 4. & Miscell. Resolut. 35.

Sup. hoc al-
quid in Ret.
seq. sed pro
nihil do-
ctrina la-

§. 1. Prima sententia negat, sic Caeus Palaus in op. mor. to. 1. tract. 2. disp. 1. punct. 16. n. 3. vbi sic ait: Fateor tenuitatem ingenij mei, non enim percipere possum quomodo deur ignorantia mortaliter

culpabilis, & transgressio precepti ex tali ignorantia mortalis non fit; nam tota malitia transgressionis consistit in negligentia culpabili sciendi preceptum, imo potius non est alia malitia omissionis, v.g. ieiunij, vel Missae precepta, quam est in illa culpabili negligentia: si ergo illa negligentia est culpabilis mortaliter, omissio culpabilis mortaliter erit; nequit ergo negligentia culpabilis mortaliter reddere violationem venialiter culpabilem. Ita Palaus, & ante illum Suarez in 3. p. to. 3. disp. 82. sect. 3. vers. secundum dubitari solet.

2. Secunda sententia affirmat. Ita Bonacina in Decal. disp. 29. §. punct. 3. n. 2. Sanchez in sum. tom. 1. l. 1. c. 17. n. 19. Valentia to. 2. disp. 6. q. 6. punct. 3. vers. potest etiam. & alij asserentes a transgressione preceptorum humanorum excusare etiam ignorantiam inuincibilem que in aliis materiis esset mortalis, dummodo non sit crassa, vel supina, quia ius humanum non obligat cum tanto rigore, vt obligat ius diuinum; sed has sententias pugnantes conatur conciliare Merolla in disp. Theol. tom. 2. disp. 1. c. 2. dub. 10. n. 167.

3. Vtrum quicquid sit, certum est non peccare saltem mortaliter transgressores precepta Ecclesiae, v.g. ieiunij, obseruationis festorum bona fide, ex causa quam sufficientem putant, quamuis reuera si sufficientes non sit, quia cum precepta sint humana, non obligant cum tanto rigore, ad inquirendas causas excusantes, & tollendam ignorantiam, vt obligant precepta iuris naturalis. Ita Caietanus in sum. ver. Ieiunium c. 3. & ver. Festorum violatio. Henriquez lib. 9. c. 25. n. 10. Azorius tom. 1. lib. 7. c. 7. q. 4. in fine. Lessius 4. c. 2. dub. 5. n. 30. Armilla ver. ieiunium, n. 2. & 6. & ver. festum, n. 10. Emanuel Sa ver. ieiunium, n. 14. & alij.

4. Nota etiam, peccatum ex ignorantia culpabili, vel scientia commissum non ita differre, vt necessarium debeat in confessione eorum differentiam explicare, videlicet an fuerit commissum ex ignorantia culpabili, vel scienter. Ita Tannerus in 1. 2. disput. 4. quest. 9. dub. 1. n. 26. Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 22. sect. 4. num. 14. Secus autem si peccatum procederet ex ignorantia affectata liberius peccandi, & sine temeritate in tali casu Caeus Palaus loc. cit. punct. 6. num. 3. putat tale peccatum esse explicandum in confessione, tanquam constituentem speciale malitiam aduersantem voluntati Deo seruendi; sed Sanchez vbi supra, cap. 17. in fine, tenet tale peccatum esse declarandum tanquam solum augentem malitiam.

RESOL. IX.

An ignorantia vincibilis Mysteriorum Fidei sit speciale peccatum in confessione explicandum?
Et an in ordine ad confessionem sit necessarium explicare, cuius precepti Decalogi fuerit ignorantia, & secus in ignorantia Mysteriorum Fidei?
Ex quo inferitur ignorantem vincibiliter plures articulos Fidei, non committere plura peccata, specie distincta; & secus vero si ignoret plura precepta Decalogi, vel Ecclesiae.
Et an ignorantia vincibilis preceptorum Decalogi sit speciale peccatum?
Vnde sequitur, quod qui ex ignorantia culpabili negligit scire preceptum non fornicandi, &c. non committit duo peccata mortalia, si de facto fornicetur, occidat, &c. vnum negligentia sciendi huiusmodi preceptum, alterum fornicationis; & ideo sufficit, vt in confessione dicat, fornicatus sum, &c.
Et quid est sentiendum, si huiusmodi ignorantia preceptum non fornicandi, de facto non fornicetur; an teneatur adhuc eam culpabilem ignorantiam, ac negligentiam

gentiam confiteri, quia periculo transgrediendi illud præceptum se exposuit, & consequenter voluit transgressionem illius?

Idem est de ignorantia vincibilium eorum, quæ quis scire tenetur, ratione specialis numeris, vt Confessarij, iudicis, &c. Ex part. 3. tr. 4. Ref. 164. aliis 165.

§. 1. **E**st peccatum speciale docuerunt Vasquez in part. 2. disp. 119. cap. 3. Tannerus in part. 2. disp. 4. q. 9. dub. 1. n. 12. Sanchez in summa, to. 1. l. 1. cap. 17. num. 11. Filiucius tom. 2. tract. 21. cap. 10. r. a. F. & Curiel. in part. 2. q. 76. art. 2. dub. 2. §. 4. vbi docet ignorantiam vincibilem articuloꝝ fidei habere, non solum malitiam peccati, cuius periculo se exponit, v. g. omissionis actus fidei tempore, quo obligat præceptum credendi, aut asserendi aliquid contra fidem: sed etiam aliam distinctam speciem, quæ consistit in negligentia addiscendi articulos, quæ opponitur virtuti studiositatis. Hæc opinio est probabilis.

2. Verum contrariam sententiam tuetur ex multis rationibus Merolla disp. 1. c. 2. diffic. 3. n. 697. vbi tamen n. 699. notauit, ignorantem vincibiliter mysteria fidei, quamuis de facto nihil contra sentiat, neque adit tempus, quo quis tenetur ea credere, teneri hanc ignorantiam confiteri; quia non curando eorum scientiam acquirere, ad quæ tenebatur, exposuit se periculo sentendi aliquid contra fidem, aut omittendi assentiri illis occurrente tempore, quo ad id obligatur, & consequenter mortaliter peccauit; hoc autem peccatum non est distinctum ab eo, quod committitur sentiendo actu ignoranter aliquid contra hæc mysteria. Prima opinio videtur probabilior, & omnino tenenda.

3. Notandum est etiam hic cum dicto Merolla num. 700 in ordine ad confessionem esse necessarium explicare cuius præcepti Decalogi fuerit ignorantia, secus verò in ignorantia mysteriorum fidei. Et ratio est, quia ex diuersitate præceptorum Decalogi, vel Ecclesiæ, eo quòd ita vincibiliter ignorans exponit se periculo admittendi peccata specie diuersa secundum præceptorum diuersitatem. At verò ignorans vincibiliter mysteria fidei, non se exponit periculo committendi peccata specie diuersa iuxta diuersitatem mysteriorum, sed semper peccatum est eiusdem speciei, cuiuscumque mysterij sit ignorantia, quia opponitur eidem præcepto, ac virtuti; vnde inferitur ignorantem vincibiliter plures articulos fidei, non committere plura peccata specie distincta, secus verò si ignoret plura præcepta Decalogi, vel Ecclesiæ.

4. Sed difficultas est, an sic ignorans vincibiliter plures articulos fidei, plura peccata saltem numero distincta admittat? Affirmatiuè respondet Marullus vbi supra, sed negativa sententia est etiam probabilis, quam tuetur Pater Suarez tractat. de fide, disp. 1. §. 1. num. 7. & adhibet exemplum in præcepto recitandi horas canonicas; peccatum enim omissionis illarum, non multiplicatur numero, iuxta multiplicationem horarum, sed vnum tantum numero est; ergo idem dicendum est in casu nostro. Vnde ego infero ignorantem vincibiliter plures articulos fidei non teneri numerum articuloꝝ, quos ignorat, explicare in confessione, licet Marullus vbi supra, contrarium asserat, nempe ignorantem vincibiliter plures fidei articulos, censeri plura numero peccata committere, explicanda in confessione; sed vtraque opinio est probabilis.

5. Et tandem ex his omnibus aliqui inferunt contra Curiel in part. 2. quæst. 76. art. 2. dub. 2. §. 4. & contra Malderum etiam in part. 2. quæst. 76. art. 2. quòd

ignorantia vincibilis præceptorum Decalogi, non est speciale peccatum, vt verbi gratia, ignorantia culpabilis præcepti de non fornicando, non est speciale peccatum oppositum distinctæ virtuti, ac diuersæ à virtute castitatis, cui fornicatio opponitur. Vnde sequitur, quòd qui ex ignorantia culpabili negligit scire præceptum non fornicandi, non committit duo peccata mortalia, si de facto fornicetur, vnum negligentia sciendi huiusmodi præceptum, & alterum fornicationis; & ideo sufficit, vt in confessione dicat, fornicatus sum. Quòd si huiusmodi ignorans præceptum non fornicandi de facto non fornicetur, tenetur adhuc eam culpabilem ignorantiam, ac negligentiam confiteri; quia periculo transgrediendi illud præceptum se exposuit, & consequenter voluit in causa transgressionem illius. Sufficiet autem dicere in confessione, Habui voluntatem fornicandi. Et idem contra Malderum, & Curiel dicendum est de ignorantia vincibilium eorum, quæ quis scire tenetur, ratione specialis numeris, vt Confessarij, Aduocati, Iudicis, &c. vide Filiuc. tom. 2. tr. 21. c. 50. n. 365. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 1. c. 17. num. 9. & alios penes ipsos.

6. Sed hæc resolutio aliquibus non placet, quia peccatum ignorantia constituitur ante actuale fornicationem, nam alias non sequuta fornicatione non peccaret, & proinde est ab illa distinctum, & quando quis non fornicaretur, non posset dicere: Habui voluntatem fornicandi; quia etiam si quis ignoret fornicationem esse peccatum, potest tali voluntate carere.

RESOL. X.

An ignorantia vincibilis sit peccatum speciale distinctum ab eo, cuius est causa?

Et in textu huius Resolutionis multa explanantur, quæ omnia quamuis aliquantulum speculatiua videantur, tamen pro Confessariis ea scire est valde necessarium. Ex part. 4. tractat. 4. & Misc. Refol. 37.

§. 1. **A**d hoc dubium Layman in Theolog. moral. lib. 1. tractat. 2. cap. 4. num. 10. & Vasquez in 1. 2. disputat. 126. capit. 3. & disputatiõne 119. capit. 2. & 3. respondent, quòd ignorantia atque sciendi negligentia earum rerum, quarum cognitio per se, sine ratione sui præcipitur, est speciale peccatum oppositum ei virtuti, quæ in talium rerum cognitione versatur; videlicet negligentia in cognoscendis fidei mysterijs ad credendum necessariis, est peccatum fidei oppositum; ignorantia autem atque cognoscendi negligentia earum rerum, quarum cognitio non per se præcipitur, vel prohibetur, non est speciale peccatum, sed accipit speciem suam à legis transgressionem, cuius causam, vel periculum præbet: v. g. vincibilis ignorantia, vtrum ieiunij dies sit, quo carnem comedis, pertinet ad peccatum intemperantiæ; vincibilis ignorantia, vtrum Sacerdos sit, quem percussis, ad peccatum sacrilegij, neque tunc, refert ad formalem peccati malitiam, vtrum reuera dies ille ieiunij sit, vel vtrum Sacerdos, qui percussus, sufficit si suborto dubio & non discusso commisisti te periculo taliter peccandi.

2. Sed Tannerus in 1. 2. D. Thom. disputatiõne quarta, quæstione nona, dub. primo, numero duodecimo; circa presentem quæstionem paulo aliter distinguendum censet, ait enim quòd quædam scire tenemur per se, seu sine respectu & ordine propinquo ad opus aliquod particulare, vel, quòd idem est, non ex sola suppositione operis alicuius particularis, quales nimirum sunt articuli fidei, præcepta Decalo

& lege etiam doctrinam, & Doctores §. 1. huius Ref. & seq. Ref.

Sup. hoc in fine §. 1. not. præcitiæ.

Sup. hoc sup. in Ref. 7. §. vt. per totum, & in Ref. 9. §. 1. & §. Et tandem.

TION
ONA
II
III

Decalogi, sub quibus etiam comprehenditur modus ritè Deum colendi, communia item præcepta Ecclesiæ, quæ præterea ad cuiusque statum & officium pertinent; in quibus etiam comprehenduntur nonnunquam quæstiones aliquæ facti, tenetur enim Episcopus, aut Parochus scire; vtrum subditi confiteantur, & communicent præscripto tempore. Alia verò sunt, quæ solum per accidens, seu ex suppositione, & in ordine ad subsequens factum, hic & nunc sciri debent, eiusmodi est, v. g. cognitio iuris alicuius in casu, quo quis non ex officio, seu vi suæ vocationis, sed sponte velit causam aliquam controversam dirimere, talis est etiam cognitio particularis alicuius circumstantiæ facti, solum in ordine ad opus propositum rectè exequendum, verbi gratia, quoddam homo non sit, sed fera, id, quod in dumeto latitans aspicio, & ad quod iaculum dirigo, &c. Ex quibus hæc posteriora ignorare non est peccatum distinctum ab opere consequente, quia in his necessitas sciendi oritur non ex virtute studiositatis per se, sed ex præcepto eius virtutis, in cuius materia versatur operans. Res verò prioris generis ignorare voluntariè, seu non curare, vt sciatur, est peccatum per se & distinctum ab opere consequenti, quia aduersatur virtuti distinctæ, nempe studiositati, quæ moderatur appetitum sciendi, iuxta cuiusque materiæ, ac personæ conditionem. Ita Tannerus; quæ omnia licet aliquantulum speculatiua videantur pro confessariis, tamen ea scire necessarium est.

RESOL. XI.

An vt ignorantia dicatur vincibilis, sufficiat te esse obligatum advertere?

Et quid, si quis incidenter querat, quibus in rebus possit contingere ignorantia vincibilis? Ex part. 4. tractat. 4. & Miscell. Resolut. 36.

Sup. hoc vide § not. seq.

§. 1. **A**firmatiuè respondet Valentia tom. secundo, disputatione sexta, questione sexta, punct. 1. Zumel. in prima secunda, questione septuagesima sexta, artic. 3. disputatione secunda, distinctione quarta. Alphonsus Curiel ibidem dub. 3. §. 3. & nouissimè ex Societate Iesu Iacobus Gordonus in Theolog. moral. tomo primo, lib. 1. questione octaua, capite decimo, numero trigesimo septimo, vbi sic ait. Satis est ad peccatum mortale contrahendum (cognito obiecto) cognitio malitiæ, quam vocant interpretatiuam, vt contingit, dum ratio actu non considerat malitiam, potuit tamen, & debuit considerare. Hanc certè sententiam probat D. Thom. in prima secunda, questione septuagesima tertia, articulo octauo, docens satis esse quoddam fuerit in potestate operantis advertere, licet ex negligentia id non fecerit. Ita ille, qui testator hanc sententiam accepisse à P. Suarez, dum publicè Romæ legebat anno 1582. vnde postea subdit. Male ergo concludunt aliqui nullum committi peccatum, nisi præcesserit, vel expressa cognitio malitiæ, vel dubitatio de mali periculo; & cur non dicent requiri necessariò etiam cognitionem de offenso Deo, cum sit necessaria connexio cum actu morali malo? Præterea ista reprehensio conscientiæ (quam ponunt in cognitione periculi, aut mali, si esset necessaria ad peccandum, quomodo diceret Paulus se non habere reprehensionem conscientiæ, & tamen posse habere peccatum? Cum ergo Paulus doceat peccatum posse consistere, & sine vlla mali notitia contrahi, sequitur non rectè aliquem requirere conscientiæ apprehensionem. Hæc Gordonus, qui alias etiam adducit rationes pro hac firmanda sententia.

2. Sed illam improbabilem vocat Salas in 1. 2. tractat. 13. disputatione octaua, sect. vltim. num. 87. ego tamen opinionem doctorum virorum aliqua ratione fulcitam, nec possum, nec debeo nota improbabilitatis vrere, vt Salas facit, & ideo existimo illam probabilem esse; verum contrariæ sententiæ tanquam probabiliori, & communiori libenter ad hæreo. Dico igitur, quoddam vt ignorantia dicatur vincibilis, non sufficeret aliquem ex statu & officio esse obligatum advertere, nisi aliqua cognitio, dubitatio, vel scrupulus de malitia, aut obligatione adfuit, quare nullum esse peccatum mortale in voluntatis consensu censo, nisi cogitatio aliqua præcesserit, & consideratio expressa, quam actuali vocant malitiæ moralis, vel periculi, vel saltem expressa aliqua dubitatio, vel scrupulus. Itaque vt quis peccet mortaliter (ò quam suauè & leuè est iugum Domini!) debet considerare, vel opus illud esse malum, vel ibi esse malitiæ periculum, vel dubium, vel scrupulum saltem aliquem habere, & sic non satis est cognitio illa virtualis, seu interpretatiua, quam sufficere dicebat Gordonus vbi supra, & ita hanc sententiam præter Salas loco citato, multis rationibus firmat Sanchez in summa, tom. 1. lib. 1. cap. 16. numer. 21. Valquez in 1. 2. quest. 74. artic. 7. disputatione 107. cap. 3. à n. 6. & quest. 76. art. 2. disp. 123. num. 6. Portel in dub. Regul. ver. Ignorantia, num. 11. Castrus Palaus in opere morali tom. 1. tract. 2. disputatione prima, punct. 15. num. 5. Aluarez in 1. 2. questione 74. art. 8. disp. 144. num. 6. Coninch de actibus supernat. disputat. 14. dub. 11. num. 229. Sayrus in clauis regia lib. 2. cap. 9. num. 20. Reginaldus tom. 1. lib. 1. cap. 3. num. 21. Tannerus in 1. 2. disput. 4. questione nona, dub. 1. num. 17. Layman in Theolog. moral. lib. 1. tractat. 2. cap. 4. num. 6. & ratio est, quia si nunquam in mentem venit cogitare, aut suspicari de operis malitia, tunc homo non operatur malum deliberatè, cum fieri non possit vt voluntas in malum peccati consentiat; nisi intellectus illud cognoscatur, &c.

3. Vnde ex his deducitur sano modo intelligenda iura ac Doctores, dum dicunt esse par, scire, & debere scire: nam intelligenda sunt quando adfuit aliqua actualis, plena, & sufficiens ad mortale aduertentia ad malitiam, eiusque periculum, seu dubium, aut scrupulus, quia dum hæc actualis aduertentia non adfuit, non est in nostra potestate proxima expellere eam ignorantiam, aut non est plenè, ita vt ad mortale peccatum si ficiat.

4. Sed si aliquis hinc incidenter querat, quibus in rebus contingere possit ignorantia inuincibilis? Respondeo cum Tannero in 1. 2. D. Thom. disp. 4. quest. 9. dub. 1. num. 14. ex communi & vera sententia ignorantiam inuincibilem contingere posse non solum circa ius positium humanum, ac particulares facti circumstantias, sed etiam circa ius positium diuinum, & mysteria fidei nostræ, imò etiam circa ius naturale, non quidem quoad vniuersalissima præcepta iuris naturæ, sed quoad alia, facilius quidem & frequentius circa ea, quæ difficilius ex præceptis vniuersalibus naturæ deducuntur, vt est, v. g. bigamia, accipere lucrum ex mutuo, proprias iniurias vlcisci, & simplex fornicatio, aut etiam mendacium officiosum, &c. difficilius autem, nec ferè nisi pro breui tempore circa præcepta illa, quæ facile ex vniuersalibus illis præceptis deducuntur, vt sunt cultus vnus veri Dei, & cætera quæ directè continentur in præceptis Decalogi. Ita ille. Sed ne prætermittas videre Merollam tom. 1. disput. 1. cap. 2. dub. 6. per totum. Ex quibus apparet mortaliò rectè respondisse ignorantia inuincibili laborasse puerum putantem pollutionem voluntariam non esse peccatum, & mysteria fidei, sicuti etiam in

alia præcepta positiua posse ab aliquibus iniuincibiliter ignorari; vt autem Confessarius iudicet, an circa supradicta ignorantia sit iniuincibilis, recurrit ad doctrinam superius positam, discutendo an in mentem penitentium dubium aliquod vel saltem scrupulus de huiusmodi malitia venerit, si enim nihil horum venerit, ignorantia reputabitur iniuincibilis.

RESOL. XII.

An circumstantia interruptionis actus interni sit in confessione toties quoties exprimenda? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 94. aliàs 95.

Plausibilis erit hæc quæstio Confessariis. Igitur supponendum Melchiorum Canum in relect. de penit. p. 5. docuisse dupliciter interrumpi posse aliquam voluntatem, primò contraria voluntate, & tunc necesse est confiteri, quoties prauam voluntatem quis renouauit. Si verò interruptio fiat naturali obliuione, aut inconsideratione, non oportebit numerum exprimere, sed dicere, Toto menle, v. g. amari Mariam, etiam si possit numerus exprimi. Hæc in sententia Cani, quam falsam putant Nugnus in addit. ad 3. p. tom. 2. q. 9. art. 2. dub. 1. & Valquez in 3. part. tom. 4. q. 91. art. 1. dub. 5. num. 10. vbi ait: Exitimo falsissimam opinionem Cani, quia reuera sunt plura numero peccata, quando repetitur sapissimè eadem voluntas, etiam si nunquam fuisset retractata actu contrario. Nullam enim continuitatem video in his voluntatibus, cum vna ex alia non dependeat, tam quando interruptæ sunt naturali obliuione, quam quando interruptæ sunt contraria voluntate. Ita Valquez, & communiter DD. & ego.

2. His tamen non obstantibus opinionem Cani, quam falsam vocauerunt Valquez, & Nugnus, nouissimè viri doctissimi amplexi sunt, quorum verba accipe. Ioan. de la Cruz Dominicus in direct. confessio. part. 2. de Sacrament. Penitent. q. 3. dub. 6. Si intra aliquod tempus renouasti pluries cogitationes intereas per cessationem, somnum, aut aliam occupationem, non teneris explicare singulas renouationes; cum omnes illæ censeantur vnum peccatum in genere moris, et si materialiter multiplicentur, sit est enim explicare tunc tempus illarum cogitationum; secus si illæ cogitationes interrumpantur per actum contrarium. Ita ille, & ex eadem familia Dominicanorum familia Petrus Fay disp. de sacram. Penit. in addit. ad 3. part. D. Thomæ, quæst. 9. art. 2. disp. 5. ad 4. arg. sic asserit: Oportet aperire tempus, quo actum peccati quis conuauit, si notabile fuerit, v. g. permansit aliquis in turpi cogitatione per integrum diem, aut hebdomadam, debet hoc penitens confiteri. Non est tamen necessarium dicere vices, quibus cogitationem illam repetit, quando non fuit interrupta per actum contrarium, sed solum per cessationem, aut occupationem in aliis. Ratio est, quia repetitio illa non efficit distinctum numero peccatum mortale in genere moris; sed tantum vnum æquiualens pluribus. Idem dicendum proportionabiliter, quando quis per mensem, aut annum continuauit odio prosequi aliquem, neque toto illo tempore interruptit actum contrario. Ita Fay, licet contrarium asserat Bonacina de Sacrament. disp. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. diffie. 2. n. 5. Sed audiamus Phigianum in 4. sent. tom. 2. dist. 17. quæst. vnica, art. 5. circa quintum, vbi sic asserit: Si interruptio actus mali facta est per actum contrarium, necesse est confiteri eam in confessione, pandendo vices, quibus eandem malam voluntatem renouauit. Sed si interruptio fuit naturaliter, non oportet explicare hu-

Tom. 1.

iusmodi renouationes, sed tantum eius continuationem, se notabilis est, veluti dicendo, per totum mensem desideravi hoc facere malum.

3. Et tandem hæc sententiam docet Homobonus de exam. Ecclæs. part. 1. tractat. 5. cap. 13. q. 83. ita asserens: Quando interruptio fieret alicuius negotij, aut alterius cogitationis occurrentis, vt cum quis, v. g. statuit fecinam, vt ea potiatur, alloqui, sed naturaliter ab aliis rebus distractus, & peregrina cogitatione absorptus illius propositi obliuiscitur, tunc cum se negotijs vacuum videns, pristinam illam iniquam voluntatem repetit, pandere vices, quibus illam renouauit, non tenetur penitens, cum vnicum tantum peccatum admittatur. Sic Homobonus, & ex parte hæc sententiam docet Salas Societ. Iesu in part. 2. tom. 2. tract. 13. disp. 5. sect. 8. numero 85. vbi sic ait: Voluntas efficiendi aliquod peccatum externum, quamdiu opere non completur, nec interrumpitur per contrarium actum, licet physicè interrumpatur, & postea renouetur, vnicum tantum peccatum est. Intellige nisi inter ipsos actus voluntatis multum tempus intercedat, quia tunc censetur moralis interruptio. Ita Salas. Vnde ego, licet primam sententiam sequar, non condemnarem hæc secundam sequi volentem, vt confessio reddatur hominibus facilior, & amabilis, ac iugum Domini suauis. Sed circa præsentem quæstionem vide etiam Filiucium tom. 2. tract. 21. cap. 8. num. 317. Philarchum de off. Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 22. Coninch de Sacrament. disp. 7. dub. 7. num. 52. Reginaldum tom. 1. lib. 6. cap. 4. part. 2. dub. 5. n. 118. Conradum in res. part. 2. q. 173. Lopez in instr. part. 1. cap. 13. quæst. 4.

RESOL. XIII.

An circumstantia scandali indirectè voliti sit in confessione aperienda?

Sed difficultas, qua magis affligit in confessione est ista: an sit explicandus numerus personarum, quibus scandalum datum est, etiam vnicò peccato, vt quando v. g. peccauit quis publicè cogam multis, præbendo eis scandalum?

Et quid est dicendum de alio casu passim occurrenti, nempe quando quis se accusat de delectatione rerum turpium ex colloquio cum aliis, an in tali casu teneatur explicare, & exprimere conditionem personarum astantium, an fuerint coniugata, soluta, &c. & teneatur etiam qualitatem sermonis, si videlicet fuerit circa coniugatos, circa solutos, circa nefandum vitium, &c.? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 113. aliàs 114.

Quis, v. g. induxit mulierem non paratam ad fornicandum non directà intentione, ex petendo ruinam ipsius & eo affectu, vt ipsa peccet, sed propter propriam delectationem, & vtilitatem; queritur an dicta circumstantia scandali sit in confessione explicanda? Aliqui negatiuè possent respondere, quia in tali casu circumstantia scandali est tantum aggrauans in eadem specie, vt docent expressè ex Societate Iesu Fagundez pr. 2. lib. 4. c. 4. n. 4. §. 5. & ex Dominicanorum familia Ledesma in sum. tom. 2. tr. 4. c. 5. concl. 5. & alij, vbi infra. Sed circumstantia taliter aggrauans, ex multorum sententia probabiliter non sunt in confessione explicanda. Ergo, &c.

2. Sed Doctores communiter contrariam sententiam docent, & ita ait Lorca in 2. 2. quæst. 43. sect. 3. disputat. 56. numero 7. scandalum actiuum quando non est speciale peccatum, est circumstantia, & ideo aggrauans, vt nimis augeat peccatum, & sit in confessione explicanda. Qui enim esset causa

G g peccati

Sup. hoc infr. in Ref. 16. §. vlt. à lin. 6. & in to. 7. tr. 5. Ref. 2. & lege doctrinam Ref. 1. nor. seq. & signat. 5. Et tandem, in principio, & inf. Ref. 116.

peccati alterius, non satisfaeret integritati confessionis si solum diceret; Peccavi cum quadam femina, aut fui particeps homicidij, quod quidam commisit: sed exprimeret tenetur, Fui causa peccati alterius, & induxi illum ad peccandum. Neque quicquam concessit hanc circumstantiam taceri posse, neque tunc, & sine temeritate concederetur. Ita Lorca, & ita etiam hanc sententiam docent Villalobos in *summa*, tom. 2. tractat. 3. diffie. 8. num. 3. Beccanus in 2.2. cap. 27. q. 2. num. 5. Coninch de *aliibus supernat. disp.* 32. dub. 5. num. 35. Filiucius tom. 2. tract. 28. cap. 6. num. 226. Fagundez, Ledesma *vbi supra*, & alij, *vbi infra*.

3. Sed difficultas, quæ magis affligit in confessione, est ista, an sit explicandus numerus personarum, quibus scandalum datum est etiam unico peccato, vt quando, v. g. peccavit publicè coram multis, præbendo illis scandalum, &c. Respondent affirmatiuè Syluius in 2.2. *D. Thom. q. 43 art. 3. concl. 2.* Filiucius *vbi supra*, Sanchez in *summa*, tom. 1. lib. 1. cap. 6. num. 8. Layman in *Theolog. mor. lib. 2. tract. 3. cap. 13. num. 6.* & alij. Igitur in confessione non solum teneris explicare speciem peccati mortalis ad quod tuo exemplo induxisti; sed etiam exprimensus est numerus personarum, quas ad tale peccatum traxisti. Vnde patet ignorantia multorum Confessoriorum, qui cum penitentes te toties accusant dedisse scandalum, non faciunt illos accusare, neque de specie peccati, neque de numero personarum, cæci quidem sunt, & duces caecorum; sicut etiam in alio casu passim occurrenti, nempe quando quis se accusat de delectatione rerum turpium, ex colloquio cum alijs, nam in tali casu, vt bene aduertunt Bonacina de *Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. diffie. 3. n. 21.* & alij; tenetur exprimerè conditionem personarum adstantium, an fuerint coniugatae, soluta, &c. Et tenetur etiam exprimerè qualitatem sermonis, si videlicet fuerit circa coniugatos, circa solutos, circa nefandum vitium, &c. quæ omnia non obseruantur, sed malè.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præterita, §. Verum. ad medium, à ver. Quædo.

RESOL. XIV.

Sup. prima diffie. huius rituli in Ref. præterita, §. Sed difficultas. & in Ref. prima post seq. §. Hoc supposito, & inf in Ref. 21. §. Sexto. & in Ref. 22. §. 1. ver. Vndecimo. & in to. 7. tr. 5. Ref. 2. §. vit. Sed lege eam per totam. & in Ref. 3. ibi, §. etiam vit.

An quando quis induxit aliquos ad peccandum teneatur in confessione explicare non solum numerum personarum, sed etiam speciem peccati, ad quod prauo suo exemplo illas induxit?

Et quando quis se accusat de delectatione rerum turpium ex colloquio cum alijs, an in tali casu teneatur exprimerè conditionem personarum adstantium, an fuerint coniugatae, soluta, &c. & teneatur etiam exprimerè qualitatem sermonis, si videlicet fuerit circa coniugatos, circa solutos, circa nefandum crimen, &c. nec satis sit dicere in aliquo casu sui iniustus in materia graui, sed opus sit dicere an in fortunis, an in fama, an in vita? &c. Ex part. 6. tr. 6. & Milc. 1. Ref. 33.

Quæ hic est inf. Ref. 20.

Quæ hic est inf. Ref. 23.

1. Practicabilis est casus, & nouissimè nominatum contra me negatiuam sententiam docuit Pater Lugo de *Sacram. penit. disp. 16. sect. 4. §. 3. num. 164.* vbi sic ait: Quod attinet in primis ad numerum personarum necessariò explicandum, non video quomodo Pater Diana possit id tanquam exploratum docere, cum ipsemet tom. 1. tract. de *circumst. resol. 25.* proponat vt probabile non debere explicari in confessione numerum personarum, quas eadem iniuria læsisti. Et *resol. 17.* idem dixerit, quando vnica voluntate plures voluisset occidere. Est autem omninò eadem ratio, quando vnico actu malo scandalum præbet & occasionem ruinae spiritualis pluribus: non potest ergo esse certa obligatio ex-

plicandi numerum personarum in peccato scandali, si non est certa in supradictis casibus. Deinde quando præter intentionem præbetur scandalum, solum contrahitur malitia specifica contra charitatem, non contra illam specialem virtutem, cui aduertatur peccatum, ad quod scandalizatus inducitur. Ita Lugo; & idè secundum suam sententiam, quando quis non intendit proximi ruinam, neque etiam eius peccatum aut lapsum, neque eo sine facit illud opus, licet præuideat scandalum proximi, in tali casu contrahitur solum malitia scandali contra charitatem: atque adeò non oportet in confessione explicare numerum personarum, neque speciem peccati.

2. Verum ego puto non esse recedendum ad opinionem affirmatiua, quam communiter docent Doctores, vt Layman, Casirus Palans, Filiucius, Sanchez, Syluius, Bonacina, Leo, Molfesius, Azorius & alij alibi à me adducti: quibus nunc addo Celestinum in *compend. Theolog. moral. tract. 1. cap. 8. quæst. 4.* vbi sic ait: Quæres, An sit explicanda circumstantia scandali, v. g. an qui induxit aliquem ad homicidium, ad furtum, ad fornicationem, teneatur hoc explicare in confessione? Respondeo quòd sic: imò & personarum numerum, quibus datum est scandalum, etiam vnico peccato debet exprimerè. Sic ille. Et nouissimè in indiuiduo quæstionis, quam posuit Pater Lugo in *supra citato §. 4.* & ita asserit Ghilinus in *summa verb. circumstantia peccatorum, n. 21.* Quando quis se accusat de delectatione rerum turpium ex colloquio cum alijs, in tali casu teneri exprimerè conditionem personarum adstantium, an fuerint coniugatae, soluta, &c. Et tenetur etiam exprimerè qualitatem sermonis, vt videlicet circa coniugatos; circa solutos, circa nefandum crimen, &c. Hæc Ghilinus, cui adde Carolum Baucium in *nomina præxi Confessor. fol. 9.* sic asserentem: Nec satis est fateri dicto vel factò alterum ad peccatum incitasse, sed speciem peccati, ad quam incitatur, fateri tenetur, & hoc intelligitur de quolibet scandalo siue formali, siue virtuali, siue interpretatio. Et præterea est opus nedum in confessione explicare speciem peccati; sed etiam personas coram quibus quis induxit ad peccandum suo prauo exemplo. Ita ille.

3. Et tandem non desinam hic apponere verba Auctoris casuum conscientia Bononiae discipulorum anno 1635. mensè Maj *cas. 5.* vbi sic ait. Certum esse incitamentum suo prauo exemplo proximum ad peccatum abique directè intentione ruinae spiritualis proximi, teneri necessariò exprimerè in confessione hanc circumstantiam scandali dati, cum saltem reductiue pertineat ad eam peccati speciem ad quam prauum illud exemplum incitat. Sicut etiam exprimensus est numerus personarum, quas ille suo prauo exemplo ad peccatum pertraxit, aut probabiliter trahere potuit. Hæc ibi: vnde apparet nostram sententiam, vt dixi, communiter à Doctoribus amplectatam esse.

4. Nec obstant ea, quæ contra illam obicit amicissimus Lugo: nam ad illud quod asserit scandalum in casu contrahere tantum malitiam contra charitatem. Respondeo quòd licet hoc verum sit, non tamen sequitur id, quod ipse intendit: nam licet scandala sint contra charitatem; tamen inter illa est diuersitas specifica pro diuersitate damni illati. Scandalum enim, quo Antonius est in causa, vt Franciscus foretur, differt specie à scandalo, quo illum mouet ad homicidium, differt etiam specie à scandalo, quo illum mouet ad furtum: quemadmodum furtum differt à detractione fama, & vtrumque ab homicidio, quamuis omnia sint contra iustitiam, quia eadem virtus iustitiæ interdicit plura obiecta inter se.

se tam distantia, vt constituent diuersitatem specifi- cam moralem: nec enim satis est dicere te fuisse in- iustum in materia graui, sed opus est dicere, an in fama, an in vita. Ergo, &c. Et haec omnia docet Hur- tadus de Mendoza in 2.2. de fide, spe, & charitate, vol. 2. disp. 173. sect. 8. §. 61. vnde apparet in confessione explicandam esse speciem peccati, ad quod prauo tuo exemplo aliquem induxisti.

5. Ad id verò quòd Pater Lugo asserit non esse exprimendum numerum personarum, quæ meo prauo exemplo inductæ fuerunt ad peccatum, quia ego docui tanquam probabile, non esse explican- dum numerum personarum, quas eadem iniuria læ- sisti. Respondeo esse disparem rationem inter vtrum- que casum; nam quando iniuriæ officio v. g. tres homines, ego pecco, & non facio, vt illi peccent: sed quando prauo meo exemplo induco tres v. g. ad for- nicandum, facio vt tres committant tres fornicatio- nes: ergo necesse est, vt explicem in confessione & numerum personarum, quæ ex causâ mea peccatum illud commiserunt, & speciem dicti peccati, vt sciat Confessarius me fuisse occasionem trium fornicatio- num à tribus personis perpetratarum.

RESOL. XV.

An quando vnica occasione alij inducuntur ad pecca- tum mortale, quomodo sit hoc in confessione exprimendum? Hoc est, an talis penitent teneatur non solum explicare speciem peccati ad quod suo exemplo induxit, sed etiam exprimendum esse numerum per- sonarum, quas ad tale peccatum traxit?

Et vtrum delectationes diuersæ, nunc de vna solu- ta, deinde de alia soluta, item de vna coniugata, deinde etiam de alia coniugata, &c. si successiue ha- beantur eodem tempore morali, possint constituere vnum peccatum moraliter in ordine ad confessio- nem, sicuti possunt, si essent illi actus ita simul suc- cessiue circa eamdem sine solutam, siue coniugatam, &c.?

Et quid est dicendum de illo, qui sepius decreuit cum eadem fornicari, & ita deinde pluries cum illa for- nicatur, absque interruptione sufficienti ad multi- plicandum peccatum, an tunc vnum tantum numero peccatum censetur admississe, an vero plura? Ex part. 1. tit. 5. & Misc. §. Ref. 49.

sonarum. Et idem proportionaliter dicendum est in aliis casibus similibus, quando quis suo exemplo, seu vnica actione est eo modo occasio indirecta aliis peccandi mortaliter.

4. Imo nec tenebitur exprimere numerum perso- narum, quando adest intentio directa scandalizandi. Ita ille. Qui postea ingeniosè omnia supradicta con- natur probare. Et ita hanc sententiam præter Car- dinalem Lugo à me alibi adductum & impugnatum, tenet etiam nominatim contra me Leander de Sa- cram. tom. 1.

Alibi in Ref. præterita, & inf. in Ref. seq. §. Hoc supposito.

5. Verum, licet modò ego existimem sententiam horum Doctõrum esse satis probabilem, non tamen recedo à sententia, quam olim docui, & quam me citato & supra meritum laudato docet nouissimè sapientissimus Dicastillus de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 10. dub. 8. n. 3 §. o. vbi querit, An debeant in confessione explicari qualitates, & numerus personarum coram quibus aliquis turpia locutus est, aut scanda- lum præbuit? & affirmatiuè respondet, quia ait ille, si peccata, in quibus scandalizantur, sunt numero, vel specie distincta, & personæ plures sunt, & di- uersarum qualitatum, v. g. scandalizati in materia castitatis sunt plures, vnus habet votum, alter est coniugatus, &c. id totum debet explicari. Ita docet Diana 3. part. tract. 4. resolut. 114. cum Filiucio, Syl- uio, Sanchez, Layman, Bonacina, & idem docet Caltrus Palaus citatus supra à nobis n. 348. Quicquid reclamant aliqui contra Dianam, quem inconfes- quentia arguunt. Quod aliqui antiquiores non faci- lè plenè inueniantur in hac fuisse sententia, id pro- uenit ex eo, quod in aliis principiis circa peccatum scandali specialis, & generalis diuersis modis philo- sophantur. Qui verò sentiunt peccatum scandali esse modis explicatis, & qui docent multipliciter peccatorum aut malitiarum per ordinem ad diuersa obiecta modo prædicto; consequenter debent dice- re esse prædictam obligationem quoties verè scan- dalum est. Et quidem Suarius licet duas vias philo- sophandi in materia scandali assignet, disp. illa 10. de charitate sect. 2. §. n. 9. videatur proponere viam ita philosophandi, vt quando non directè intendi- tur ruina proximi, non reperiatur malitia alia, quam contra solam charitatem; atque adeo ex hoc principio videatur colligi, non esse necessarium ex- plicare speciem peccati, ad quam inductus fuisset proximus, postea nihilominus, quasi non acquies- cens illi doctrinæ, addit secundam viam, 10. confi- tendam etiam esse causam, vt supra retulimus, & adiungit rationem nostram, qua sæpè vti sumus, quia nimirum non facile intelligitur (inquit) aliquem esse causam moralem aliqua ratione actus v. g. in- temperantia in proximo, & non contrahere inde ma- litiam imperantia, & declarat quomodo in mate- ria iniustitiæ non quilibet modus contrahendi ma- litiam iniustitiæ inducat obligationem restitutionis, sed oporteat actum illum per se habere malitiam ex trans- gressione iniustitiæ. ex qua doctrina negat sequi, quod sibi obiecerat numer. 8. quod sequeretur obligatio restituendi, quod argumentum virgebant aliqui, & ex ipsis obieciebamur numer. 346. & respondimus cum Sanchez. Explicat etiam Suarius quomodo il- le, qui quando non licet petit matuum ab usura- rio, sub usuris peccet contra iustitiam, licet iniu- stitia tunc fiat ipsimet petenti, & iniustitia essentia- liter debeat esse ad alterum, responderet scilicet Sua- rius id totum intelligi de malitia primaria, & no- tat peccari posse contra aliquam virtutem duobus modis, nempe per se primò, & secundariò, quæ doctrina coincidit cum illa, quam nos sæpè dedimus tum num. 238. & sequentibus, & locis ibi notatis, idèd non repeto.

Quæ hic est sup Ref. 13.

Go olim in parte 3. tract. 4. resolut. 114. do- cui in tali casu penitentem non solum te- neri explicare speciem peccati mortalis, ad quod suo exemplo induxit, sed etiam exprimendum esse nu- merum personarum, quas ad tale peccatum traxit, sed nouissimè, nominatim contra me contrariam sententiam tenet Pater Ferrantinus in suis eruditissi- mis disputationibus de scandalo disp. 1. quæst. 27. n. 5. vbi sic ait: Secunda opinio, quia minus difficilem reddit confessionem, magis mihi probatur: Quæ ait non esse obligationem explicandi aut qualitatem, aut numerum huiusmodi personarum: de qualitate verò sermonis postea dicemus.

2. Igitur quando quis turpia narravit coram aliis, qui cognoscebantur peccaturi ex tali colloquio, si non intendebat directè peccatum illorum siue vt ruinam spirituale ipsorum, siue vt sibi vile ad ali- quem alium finem, v. g. ad captandam voluptatem, &c. sed tantum indirectè cooperabatur ad illa pecca- ta, quatenus videlicet tenebatur ab eo turpi sermo- ne abstinere, ne alios ad illa induceret: tunc non tenetur ille scandalizans declarare in confessione, qua- les essent, an coniugati, an religiosi &c.

3. Neque item tenetur exprimere numerum per-

6. Quamvis autem, quæ hucusque dicta sunt probabiliora mihi videantur, & vera, non possum non agnoscere probabilitatem oppositæ sententiæ, quam ut probabilem tueretur Lugo loco citato post Coninch, quem refert, & alios, quæ sententia aliorum grauiorum Theologorum est: aded vt qui illam sequatur, tutus sit in conscientia. Nec sine admiratione legi in Diana (in quo eruditio cum benignitate de primatu certant, dum casus resoluti erudite iuxta, & benignè, & plures, ac varias, imò etiam oppositas sententias, vt probabiles frequenter admittit) quod in ea resolut. 114. illius tract. 4. de Sacramentis notauerit ignorantiam multorum Confessariorum, qui cum penitentes se toties accusant dedisse scandalum, non faciant illos se accusare neque de specie peccati, neque de numero personarum, in quos inuehitur, & in alios Confessarios, qui quando quis se accusat de delectatione rerum turpium ex colloquio cum aliis, neque similiter illos faciunt se accusare, de quibus omnibus ait, cæci sunt, & duces cæcorum, cum tamen ipse (vt notauit Lugo supra num. 163. & sequentibus.) in tractatu de circumstantiis aggravantibus resolut. 17. & 29. probabile putauerit neque numerum personarum, quas eadem iniuria læsisti, neque quando vnica voluntate plures voluisti occidere, debere in confessione explicari: est autem (vt rectè aduertit Lugo) eadem ratio, quando eodem actu scandalum præbes, & occasionem ruinæ spiritualis pluribus. Itaque sententia Dianæ in nostro negotio mihi magis probatur, non illius censura contraria; possunt ergo tuta conscientia Confessarij oppositum sequi. Hucusque Dicastillus, cui ego nunc etiam quoad censuram opinionis libenter adhæreo.

7. Nota etiam hic obiter, Patrem Ferrantinum vbi supra num. 44. dubitare, vtrum delectationes diuersæ nunc de vna soluta, deinde de alia etiam soluta: Item nunc de vna coniugata, deinde de alia etiam coniugata, &c. si successiue habeantur eodem tempore morali, possint constituere vnum peccatum moraliter in ordine ad confessionem, sicuti possent si essent illi actus ita simul successiue circa eandem vel solutam, vel coniugatam, &c.

8. Et responderet, Probabile esse, quod sint vnum numero peccatum, & vt vnum possint in confessione declarari, cum tales delectationes, sint partes vnus integræ, atque totalis delectationis, correspondentis vni totali sermoni, & cum etiam diuersitas illa numeralis personarum sit solum terminus materialis, nec variet speciem moralem in huiusmodi delectationibus, quidquid sit de specie physica. Itaque delectationes huiusmodi non differunt specie in esse morali: vniuntur etiam moraliter ratione temporis, in quo successiue simul habentur: vnde constituunt tanquam partes vnâ integram ac totalem delectationem, correspondentem vni integro ac totali colloquio. Ergo. Vnde supra adduximus Lngum dicentem, sibi probabilis esse quod præcisus respectus ad diuersas personas non debeat necessariò explicari, &c.

9. Vbi etiam citauimus Megalam allèrentem, non debere aliquem necessariò confiteri numerum personarum, si vno actu voluisset decem homines occidere.

10. Item Doctores affirmantes, obiecta numero tantum diuersa non multiplicare peccata, sed tantum aggravare, secundum quos, inquit vbi supra Diana, sufficit, si penitens dicat, se morosam delectationem habuisse super soluta, licet vno actu de tribus fuisset delectatus.

11. Item Henriquez dicentem, administrationem Eucharistiæ à Sacerdote existente in mortali factam multis, esse tantum vnum peccatum.

12. Et Emanuele Rodriguez sic etiam dicentem, specialiter in casu, quo confessarius plures absoluit. Hæc omnia Ferrantinus me citato.

13. Sed magis difficultas quid dicendum de illis, qui sæpius decreuit cum eadem fornicari, & ita deinde cum illa pluries fornicaretur absque interruptione sufficienti ad multiplicandum peccatum, an vnum tantum numero peccatum censeretur admisisse: Et videtur posse dici quod illæ fornicationes sint vnum tantum peccatum. Quia vniuntur in vnica voluntate, qua fuerunt volitæ, & à qua processerunt vt complementum: Item vniuntur in vnitate impetus, & concupiscentiæ, & in vnitate temporis moralis: Et alioqui admitterentur cum eadem, & præterea talis modus pluries fornicandi cum eadem v. g. in eadem nocte, moraliter loquendo, videtur habere rationem vnus fornicationis ad eum modum, quo dicitur semel lulisse, qui tota nocte lulit. Ergo.

14. Et quamvis per plures illas fornicationes plura videantur inferri damna proli, & plura lædi iura, nihilominus ex hoc capite præcisè non impeditur numerica vnitas peccati, vt patet ex dictis de contumelia illata pluribus, & de peccato contra præcepta plurium superiorum: quorum diuersa numero iura tali peccato læduntur, & diuersa numero damna illis inferuntur; & tamen non propterea multiplicantur peccata, sed est vnum, & idem moraliter in ordine ad confessionem. Et hæc omnia docet Pater Ferrantinus quest. 28. n. 28. qui tamen remittit iudicio doctorum virorum an habeant probabilitatem: ego autem in praxi hanc sententiam non admitem.

RESOL. XVI.

An qui suo exemplo occasio est alterius peccati, peccet eadem specie peccati, & debeat hoc necessariò apparere in confessione?

Et an in scandalo indirecto duplex virtus violetur, scilicet in ordine ad confessionem factam sit, si exprimat speciem peccati cuius occasionem absque iusta causa præbuit? Ex part. 1. o. tract. 12. & Misc. 2. Ref. 29.

§. 1. **S**uppono tripliciter posse me alterum ad peccatum inducere. Primo directè, & formaliter intendendo ruinam spirituales, hoc est, ex desiderio, vt proximus pariatur damnum illud spirituale. Secundo directè sed non formaliter, quando scilicet volo, quòd ipse violet castitatem; non quia malum eius est; sed quia inde lucrum aliquod spero. Tertio indirectè, quando v. g. prævideo, quod ex mea actione proximus facile occasionem accipiet peccandi: Ego tamen id non intendo.

2. Hoc supposito ad quæstionem propositam negotiue respondet Cardinalis Lugo de Sacrament. Penitent. disputat. 16. quest. 4. §. 2. à numero 157. vsque ad numero 159. putat enim debere quidem explicari speciem peccati ad quod proximus inducitur, quoties scandalum fit, primo, vel secundo modo, ita vt indirectè formaliter, vel saltem tem directè, intendatur peccatum proximi: non verò quando inducitur proximus, tertio modo hoc est præuisa, sed non volita directè eius ruina, seu periculo; nam in hoc casu, satisfaciet penitens explicando malitiam scandali, licet non explicet species peccati, ad quod proximus induci poterat. Sufficere ergo illi, si dicat: meo exemplo, vel opere, dedi occasionem peccandi proximo, cum deberem id præcauere. Ratio est; quia peccatum scandalum quando indirectè solum volumus periculum proxi-

Sup. hoc notato infra in Ref. 23. §. Et ideo, ad me dicitur, verif. Secus si omnes. & si placet lege §. §. & verif. eius annot.

Sup. hoc infr. in Ref. 49. & in aliis eius annot.

mi, non aduerfatur alteri virtuti, nifi foli charitati, qua tenemur proximi mala impedire: ergo non videtur effe obligationem explicandi fpeciem peccati ad quam scandalizatus inducitur; nam hac materialiter fe habet ad malitiam scandali, quod eft folum contra charitatem.

3. Verum nominatim contra Cardinalem de Lugo nouiffime affirmatiuam fententiam fuftinet eruditiffimus Pater Albertus de Albertis ex Societate Iefu, de Ornatu Mulierum, difp. 1. cap. 5. §. 9. Segmen. 2. num. 26. cum feqq. & præter Sanchez, Valquez, & Coninch à Lugo citatos, hanc fententiam tenet Pontius de Matrini. lib. 5. cap. 18. n. 11. Ouiedo, vbi infra, Caftus Palaus, tom. 1. tract. 6. difp. 6. punct. 3. num. 1. & feqq. Trullench in Decalogum, tom. 1. lib. 1. cap. 6. dub. 5. n. 6. §. 1. 3. Montefinus in p. 2. quaft. 73. artic. 8. quaft. 4. n. 149. Caietanus in 1. 2. quaft. 43. artic. 1. & alij. Probat hanc opinio, quia certum eft, quomodocumque inducas, & petrabas proximum, etiam indirectè dumtaxat, ad peccandum, fiue opere aliàs bono: fiue de fe malo: peccati eius, ad quod illum indirectè petrabas, reum effe, fi quidem eius modi peccati es caufa moralis, vt folide probat Valentia 2. 2. difp. 3. quaft. 18. punct. 2. Valquez 1. 2. quaft. 73. difp. 102. cap. 1. n. 1. §. 2. Thomas Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 6. num. 2. Lorca 2. 2. quaft. 43. artic. 3. difp. 56. num. 6. afferens non poffe contrarium fine temeritate affirmari, & Caftus Palaus tom. 1. tract. 6. difp. 6. punct. 3. num. 2. annuens effe improbabile. Atqui non potes effe caufa moralis alieni furti, nifi id fit tibi voluntarium faltem indirectè, vt liquet. Ergo cum tuo opere feu aliàs bono, feu de fe malo fis caufa moralis indirecta non tantum alieni peccati indefiniti, fed etiam furti in fpecie, id teneris in confeffione planè explicare. Confequentia eft explorata, quia omnes illas fpecies peccatorum teneris in confeffione exponere, quæ tibi funt voluntarie, faltem indirectè, quarumque moralis es caufa, faltem indirectè, vt compertum eft. Et confirmo, quia fi tuo opere bono, vel malo intendis directè alterum inducere ad furandum, teneris in fententia omnium exprimere in confeffione inductionem proximi ad furum. Ergo eandem etiam teneris exprimere, etfi ea indirecta tantummodo. Confequentia conftat, quia ad contrahendam culpam, extra controuerfiam eft, ex 1. 2. quaft. 6. fati effe voluntarium indirectum. Vnde qui vult vindictam iniuriæ, etfi non velit directè offenfam Dei, imò licet poffit velle Deum vindicta non offendi, nihilominus Deum ea vindicta indirectè offendi, vt planum eft. Ergo, etfi tuo furto indirectè tantum velis furum alterius ex tuo ortum, adhuc illius caufa moralis indirecta es, quod fufficit ad eam culpam contrahendam, necon ad obligationem talis furti indirectè voliti neceffario explicandi fubeundam; fiue deinde tale scandalum fpeciale fit, fiue generale tantummodo, quod nihil refert ad obligationem confitendi variandam. Cæteras rationes videbis apud Albertum, vbi fuprà, qui folide, & robuftis probationibus firmat hanc opinionem, & refpondet figillatim ad omnia argumenta, quæ pro fua fententia adduxerat Cardinalis de Lugo.

4. Verum his non obftantibus, opinionem dicti Cardinalis valde probabilem effe puto, vt rectè obferuat fapientiffimus Francifcus de Ouiedo in p. 2. D. Thomæ, tract. 6. contr. 2. punct. 6. num. 96. & illam abfolutè fequitur nouiffime Leandrus de Sacram. tom. 1. tract. 5. difp. 8. §. 5. quaft. 7. Sed an in scandalo indirecto duplex virtus violeatur: Albertus, vbi fuprà, num. 145. exiftimat cum Suarez, difp. 10. de Charitat. feft. 2. num. 10. Lorca, difp. 56. cit. num. 10 & alij, probabilis effe in scandalo etiam indirecto, duplicem

Tom. I.

exiftere, vnam quidem vitij particularis, vt luxurie ad quam proximus indirectè quoque inducitur; alteram autem peccati generalis contra bonum fpirituale proximi; illam aduerfari virtuti particulari oppofitæ, vt caftitati: hanc charitati generali erga proximum, vel mifericordie, vel beneficentia, vel correptioni fraternæ: in ordine autem ad confeffionem fati effe, fi exprimas fpeciem peccati, cuius occafionem abfque iufta caufa præbuiti. Nam virtus particularis caftitatis obligat te ad non coniciendum proximum in grauem occafionem eius amittendæ, vt patefecit: charitas verò, &c. tanquam virtus generalis obligat te ad non dandam eiusmodi occafionem, & ita ad vitandum proximi peccatum, non fanè quatenus luxuria, v. g. & huius occafio caftitati opponitur (id quippe cauet maximè eadem virtus particularis, nempe caftitas) fed quatenus tantum talis occafio, & peccatum, quod caftitati repugnat, nimirum luxuria, cedit in damnium fpirituale proximi. Sed in confeffione dum ais, datam a te grauem occafionem luxurie proximo; fufficienter indicas etiam malitiam contra charitatem fraternam, cum huiusmodi generalis malitia oppofita charitati proximi fati in quolibet vitio particulari contra charitatem proximi intelligatur. Dum enim fateris datam fine caufa iufta a te occafionem luxurie alteri, hoc ipfo manifeftas, te fuiffe indirectè caufam moralem alienæ luxurie, & confequenter etiam fpirituales damni, ac ruinæ proximi, quod tanquam genus in fpecie fati in ipfa luxuria percipitur, atque exprimitur. Verum de hac quaftione a nobis alibi actum etiam eft.

Alibi in Ref. annot. præterita, &c.

RESOL. XVII.

Aliquis optabat mala notabilia, & contumeliis affiebat forem, quaſiuit a me, an hac circumſtantia eſſet explicanda in confeſſione, vel ſufficiat dicere, mihi coniunctam contumeliis affieci?

Idem eſt dicendum de patre, matre, filio, fratre, uxore.

Et an contumelia in Principem, vel Sacerdotem fit circumſtantia mutans ſpeciem?

Et obiter notatur, in copula habita cum conſanguinea, & affine, non eſſe explicandos gradus neque conſanguinitatis, neque affinitatis. Ex part. 1. o. tr. 14. & Miſc. 4. Ref. 18. aliàs 16.

S. 1. **A**ffirmatiuè refpondet Baucius de Miſcell. Caf. Conſcientia, tom. 1. quaft. 436. vbi fic ait: An fi quis occidit Patrem, vel Matrem, vel optat ei malum, fit circumſtantia mutans fpeciem, an folùm aggrauans? Refpondetur ex Nauarro in Summa, cap. 14. num. 11. eſſe circumſtantiam mutantem fpeciem odium contra Patrem, & Matrem. Idem docet Henriquez, de Penitent. lib. 2. cap. 6. num. 3. vbi extendit ad Principem, & ad Sacerdotem. Toletus lib. 5. cap. 8. num. 1. extendit non folùm ad Patrem, vel Matrem, fed etiam ad filium, Fratrem, & Vxorem, quia notabiliter funt coniuncti. Addo ego etiam forem. Ita ille.

2. Sed licet hæc omnia probabiliora, & confulenda ſint, tamen negatiuam fententiam tanquam probabilem admittit Tamburin. Opus. de Confeſſione, lib. 2. cap. 7. §. 7. num. 48. vbi hac aſſerit: Dices? Aſſerimus hic num. 48. ex probabiliffima plerumque ſententia turpem coniunctionem cum Conſanguineis non afferre diuerſitatem ſpecificam neceſſario in Confeſſione explicandam; vt diuerſam ab alia coniunctione ſtrictioris Conſanguinei; quia licet grauius fit contra vnum gradum v. g. contra primum cum Matre,

G g 3 quam

quam contra alium v. g. cum Consobrina delinque-
re, tamen magis, & minus speciem incestus diuer-
sam non constituit. Ergo idem asserere debuimus
supra *libr. hoc 2. capit. 5. §. 1. & 2.* in iniuriis illatis
contra Consanguineos, vel affines, atque dicendum
fuit iniuriam illatam Patri, vel Fratri non esse di-
uerfa speciei ab iniuriis contortis contra ceteros
minus propinquos, quia pariter magis, & minus in
debito quod Consanguinei contrahunt non se con-
uitandi non asserunt diuersitatem specificam. Res-
pondeo: certe vigeat non improbabiler paritas:
Vnde probabiliter consequitur, cum in hac materia
de incestu, tum in illa materia de iniuria contra Con-
sanguineos, vel affines inflicta non esse necessariò
explicandam eiusmodi diuersitatem, sed sufficere
si dicatur: Ego mihi coniunctos contumelias affeci.
Hac Tamburinus: Ex cuius doctrina sequeretur in
casu proposito, quem probabiliter non teneri ad
explicandum in confessione contumelias fuisse illa-
tas Sorori. Pro qua doctrina facit nouissimè Bordo-
nus in *Miscellaneis, Decis. 479.* vbi sic ait: Incestus
est copula habita inter Consanguineos, & affines ex
copula licita vsque ad quartum gradum inclusiuè, ex
copula illicita vsque ad secundum inclusiuè; expli-
candi autem sunt gradus ex communi sententia. Bo-
nacina *quæst. 1. de Matr. p. 16. propos. 4.* contra Ca-
rietanum, D. Thomam, Giptium, Dianam, Faustum,
quos pro se citat Mazuchellus dicens, *disp. 2. cap. 4.*
num. 18. sufficere dicere: Commisi Incestum, non
explicando gradum, neque Consanguinitatem, aut
affinitatem; & certe placet id mihi, quia sic confes-
sio non redditur onerosa, neque manifestatur perso-
na in indiuiduo. Ita Bordonus. Verùm sententiam
Bancij docet Cardinalis Lugo *de Penit. disp. 16. sect.*
6. num. 307. vbi docet quod iniuria inflicta Fratri, vel
Sorori, sicut differt ab iniuria inflicta Parentibus, ita
differt ab iniuria facta externis; atque ad eò necessa-
riò explicandum in confessione iniuriam fuisse factam
fratri, vel Sorori.

Super hoc
incestu infra
in Ref. 18. §.
Et tandem ubi
& in Ref. 107.
108. 109. 110.
& in Ref. 111.
§. Los gra-
dos. & in
Ref. 137. §.
Verum cur-
sim in fine, &
in Ref. 103. §.
Quarto sex-
to. & in Ref.
169. §. in
Ref. 31. & ali-
quid prope
finem alre-
rius Ref. ea-
rum notatio
num.

RESOL. XVIII.

*An sit explicanda in confessione species contumelia, qua
quis aliquem afficiat?*

*Idem est dicendum in detractione, & iudicio teme-
rario.*

*Et an desiderans ex odio malum teneatur in confes-
sione explicare speciem mali?*

*Et docetur, quod qui rumperet ieiunium in Vigilia ca-
dente in quatuor temporibus, debet explicare utrum-
que titulum ex natura rei.*

*Item, qui peccans quocumque peccato in Ecclesia, an
debeat hanc circumstantiam in confessione exprimere,
scilicet ignorantia, aut inaduerentia?*

*Et notatur, eum, qui toto anno se statuit non ieiunare,
non audire Sacrum, non recitare Horas Canonicas,
vnum peccatum committere, & sufficienter confite-
ri, si dicat, habui propositum non ieiunandi, non au-
diendi Sacrum, &c.*

*Item, quod qui eodem actu auferret tria vasa trium
Dominorum, vnum peccatum committit, & sufficien-
ter confitetur dicens, semel furatus sum.*

*Et quid, quando quis habuit secum pollutionem, cogi-
tans multas uxoras, vel Moniales?*

*Et tandem docetur non esse necessarium explicare in
confessione gradus affinitatis, vel consanguinitatis
persona, ad quam quis luxuriosè accedit.*

*Sed ratione reservationis aliquando est explican-
dus gradus, &c. Ex part. 11. tract. 7. & Misc. 7.
Ref. 34.*

§. 1. **N**ominatim contra me affirmatum sen-
tentiam tenet Pontius in *cur. Theol. disp.*
46. qu. 7. conclus. 2. num. 74. vbi sic ait: Dico ali-
quando specificandam speciem contumelias, qua quis
aliquem afficit; dixi autem aliquando, nimirum quan-
do aduertitur ad particularem malitiam, quæ est in
vna contumelia præ alia. In quo casu probatur, quia
honor diuersæ rationis ab alio læditur per vnam con-
tumeliam, qui non læditur per alteram, & dama-
diuersa rationis possent oriri ex vna contumelia ab
illis, quæ ab altera prouenirent. Quis enim dubitat,
quin qui aliquem vocaret adulterum, aut hæreticum,
diuerso modo specificè læderet honorem alicuius, &
diuersa specie nocumenta posset inferre, quam qui
vocaret ipsum furem, aut ebrium. Per quod patet ad
fundamentum Lugo desumptum à Molina, nempe,
quod per contumelias omnes non auferatur, nisi
honor, & quod omnis honor sit eiusdem speciei; hoc
enim ex dictis falsum esse constat.

2. Et eodem modo de detractione dicendum ar-
bitror, ac etiam de iudicio temerario, grauius enim
specificè offendet proximum, qui iudicat temerariè,
quod est hæreticum, quam quod esset fur ceteris
paribus. Ita Pontius.

3. Sed licet hæc opinio sit probabilis, non minus
probabilem negatiuam sententiam esse puto, quam
olim docui, & nunc iterum doceo, & me citato,
præter Cardinalem Lugo tenet Martinus de San To-
leph in *mon. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 15. de penit.*
num. 1. & me citato *Getulidus in Theolog. moral.*
tom. 1. tract. 19. cap. 4. num. 17. & me citato tenet
Leander *de Sacram. to. 1. tract. 5. disp. 3. §. 3. quæst. 10.*
& 11. qui etiam *quæst. 8.* me citato tenet, quod dissi-
derans ex odio malum, non tenetur in confessione
specificare speciem mali; quidquid in contrarium
contra me, & Cardinalem Lugo asserat Pontius vbi
suprà num. 71.

4. Notandum est hic obiter, Pontium *num. 71.* sen-
docuisse, quod qui rumperet ieiunium in vigilia ca-
dente in quatuor temporibus, deberet explicare utrum-
que titulum ex natura rei, quia omittendo ob-
seruare vigiliam præceptam in honorem Sancti, ve-
detur non satisfacere reuerentiæ, quam ipsi tenetur
exhibere, & omittendo obseruare ieiunium qua-
tuor temporum, videtur negligere finem, ad quem
ieiunium illud ordinatur, quæ sanè duæ malitiæ sunt
distinctissimæ speciei.

5. Item *num. 84.* docet, quod peccans quocumque
que peccato in Ecclesia, debet hanc circumstantiam
in confessione exprimere, scilicet ignorantia, aut in-
aduerentia, quia reuera apparet ex terminis fieri
magnam irreuerentiam Deo, quando in loco sacro, &
qui est domus orationis, & specialiter ad cultum, &
honorem ipsius consecratus, offenditur mortaliter.

6. Lugo concedit quidem quodcumque pecca-
tum in Ecclesia commissum contrahere malitiam
facrilegij; videtur tamen id intelligere de malitia
leui, ac propterea non necessario explicanda in Con-
fessione: sed sicut peccando venialiter contrahetur
malitia leuis facrilegij; Ita sanè peccando morta-
liter, videtur contrahi malitia grauis, & consequenter
necessariò explicanda.

7. Ita Pontius; sed has duas opiniones quas vi-
doctus docet, puto non esse admittendas, cum Do-
ctores communiter contrarium sentiant.

8. Nota etiam, quod licet ego alibi alter do-
cuerim, tamen existimo probabile, eum qui toto
anno statuit non ieiunare, non audire sacrum, non
recitare Horas Canonicas, vnicum peccatum com-
mittere, & sufficienter confiteri, si dicat, habui pro-
positum non ieiunandi, non audiendi sacrum, non
recitandi Officium; sic si quis eodem actu auferret
tria

tria vasa argentea trium Dominorum, vnum peccatum committeret, & sufficienter confiteretur, dicens semel furatus sum materiam grauem. Ita docet Verriell. in quest. moral. tractat. 8. quest. 17. numer. 2. & Martinus de San Ioseph in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tractat. 1. numer. 7. & S. vbi etiam probabiliter docet num. 9. Que es lo mismo quando vno uno pollution con obiecto de muchas casadas, que no tiene obligacion a dezir el numero, bastara, que confesse la polucion y el pensamiento con casadas: y aun es probable que si uno por obiecto muchas casadas, o monjas, que cumplira con dezir, que uno por obiecto muger casada, o Monja, porque los obiectos, que solamente son diversos en numero, no multiplican los pecados, sino solamente los agravan.

9. Et tandem nota, quod ego olim probabiliter docui non esse necessarium explicare in confessione gradus consanguinitatis, vel affinitatis personæ, ad quam quis luxuriose accessit; Et præter Doctores Epilogo summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disputat. 7. circa circumstantiam, & me citato Remigius in pract. confess. trat. 10. cap. 7. §. 9. numer. 8. & me citato Ioannes Henriquez in pract. quest. sect. 8. quest. 14. numer. 21. & me citato Martinus de San Ioseph in man. confess. tom. 1. lib. 1. tractat. 10. de penit. numer. 20. & me citato Marcus Serius tom. 1. dist. 4. disput. unic. quest. 24. numer. 33. & me citato Mazuchellus de casibus referuatis disputat. 21. cap. 4. difficult. 5. numer. 28. vbi sic ait; His tamen non obstantibus alij satis probabiliter respondent, penitentem non teneri per se loquendo explicare circumstantiam consanguinitatis, aut affinitatis, neque diuersitatem graduum. Quorum ratio est, quia incestus inter consanguineos & affines non differunt specie in genere moris. Vnde in hac sententia, si quispiam habuisset copulam cum forore, satisfaceret, si in confessione diceret, commisi incestum, absque eo, quod explicaret personam sibi coniunctam.

10. Neque obstat grauiorem esse illum incestum, qui cum matre, vel filia fuit commissus quæ cū forore uxoris; cum enim grauitas hæc augeat malitiam intra eandem speciem, inde est, vt non sit necessario confitenda. Sicut grauius peccatum est furtum mille aureorum, quam centum, & tamen quantitas non est explicanda in confessione; sed satis est dicere furtiui materiam notabilem. Ita ille; qui tamen subdit, quod aliquando ratione reuerentionis esset explicandus gradus si in aliqua Dicecesi incestus in primo, & secundo gradu fuerit referuatus. Quomodo qui rem habet cum Moniali, per se loquendo satisfacit, si dicat, se copulam habuisse cum obstricta voto castitatis. Et qui carnaliter cognoscit virginem consentientem, satisfacit si dicat, se fuisse fornicatum. Per accidens tamen, & ratione reuerentionis aliquando est explicanda circumstantia personæ, quod sit Monialis, vel quod sit virgo, puta si concurat necessitas confitendi inferiori Confessori non habenti facultatem absoluedi à reuerentis.

11. Caterum si penitens confitetur superiori habenti facultatem à referuatis absoluedi, satisficeret dicendo commisi incestum, retenta sententia probabili, quod gradus non sint explicandi; fornicatus sum, licet persona esset virgo; vel obstrictam voto castitatis carnaliter cognoui, licet persona esset Monialis. Et ratio est, quia respectu superioris habentis facultatem ab illo peccato absoluedi, casus ille non dicitur amplius referuatus: Sed si non est referuatus penitens satisfacit, ita

confitendo; ergo etiam tunc. Tum quia referuatio non addit maiorem malitiam: tum quia si circumstantia personæ est confitenda, vel hoc est ad tollendam culpam, vel ad tollendam referuationem. Non primum, quia culpa sufficienter explicatur, vt probatum est. Neque secundum, quia si penitens superiori confiteretur sua peccata, & inculpabiliter obliuisceretur illius peccati referuati, puta incestus cum matre, vel cum forore, tolleretur referuatio.

12. Et sic potest peccatum hoc vnicuique Confessori confiteri. Ergo multo magis ea tolletur, si peccatum ipsum aperiat, dicendo incestum commissi. Et hæc omnia docet Mazuchellus, quæ sunt nimis notanda à Confessoribus.

RESOL. XIX.

An qui unico impetu profert in seruos plures iniurias, vocando illos fures, sodomitas, &c. an, inquam, aperienda sit quantitas, & numerus iniuriarum, & etiam personarum, vel sufficiat accusare se iniuriam grauem intulisse alicui, non explicando iniurias, neque personas?

Et quid, si quem Hereticum, aut patria proditorem, aut quid aliud simile appelles? Et an omnes contumeliae sint eiusdem speciei? Et doctrina supradicta prima questionis applicanda, & practicanda est in detractionibus, & sic a multis scrupulis, & interrogationibus immunes Confessarij erunt. Ex part. 1. tr. 7. Ref. 28.

§. 1. Quoad primum respondent aliqui affirmatiue. Sic Ioan. Yribarne tom. 2. in 4. sent. dist. 17. disp. 1 §. sect. 8 [Percontaberis (ait) qui in vno tempore plures iniurias vni dicit, quot committit peccata? Respondeo, quod si iniuriæ prolatae sint specie distinctæ, vt tu es fur, & Iudæus; tunc eiusmodi duæ iniuriæ erunt plura peccata.] Sic etiam ait Nauarr. c. 6. n. 18. Megala in 1. p. inst. Confess. lib. 5. c. 12. num. 2. & Henriquez lib. 5. c. 8. n. 3. Idem etiam docet Sanchez in summ. lib. 1. c. 3. n. 39. ex alio principio; & nouissimè Sancius dist. 6. num. 1. & 2. cum Tannero in 2. 2. disp. 4. q. 2. dub. 4. num. 55.

2. Ego verò contrariam sententiam sustinendam esse iudico, quam sequitur Zerola in praxi penitent. c. 1. 2. q. 4. 8. Et ratio est: quia omnes contumeliae sunt eiusdem speciei. Ita Caiet. in 2. 2. q. 72. art. 1. Sotus de iustit. lib. 5. q. 9. art. 1. Emmanuel Sa vera, contumelia, n. 1. Molina tom. 5. tract. 4. disp. 19. n. 3. Azor. p. 3. lib. 13. c. 5. dub. 1. & Reginald. tom. 2. lib. 24. c. 5. n. 102. vbi in terminis ponit decisionem nostram: quæstionis; post mediū asserit enim: [Tertium documentum est, omnes contumelias eiusdem speciei esse: quia quamuis in cæteris diuersitas cernatur, conueniunt tamen in ratione formalis, quæ est intentio auferendi alteri suum honorem. Vnde sequitur, satis esse in confessione dicere: Toties contumelia affeci meum proximum, nec requirit, vt dicatur: Illum vocaui ebrium, scurram, aduleterum, &c. Nisi quod, vt addit Sotus, aliquando contumelia grauitas tantum augeri possit, vt eius expressio sit de necessitate confessionis, vt si quem Hereticum, aut patriæ proditorem, aut quid aliud simile appelles.]

3. Sed hæc limitatio Soti, quam etiam sequitur noster P. Molfes, 10. 1. tract. 12. c. 22. n. 191. procedit in opinione illorum, vt notat Azorius vbi supra, qui putant circumstantias aggrauantes esse in confessione aperiendas, Ego verò, qui tantum circumstantias mutantes speciem, in confessione manifestandas esse puto, assero simpliciter non esse necessarium, con-

Sup. his contumeliis in Re. præteritis §. 1. & 3. & infra in Ref. 13. c. 5. dub. 1. & Reginald. tom. 2. lib. 24. c. 5. n. 102. 37. text. ita: tunc post mediū §. ult. verf. Et ideo. & in Ref. 163. §. Qæro recto. & in Ref. 165. §. In Ref. 28. & hic infra in Ref. 30 §. ult.



tra Sotum, & Reginaldum, explicare contumelias graves, sed satis esse dicere: Toties contumelia affecti Petrum, Ioannem, &c.

Sup. hoc in Ref. 1. not. pr. et citat. § 2. & in Ref. 3 in eodem §. 4. Notent Confessarij, quod etiam hæc doctrina est applicanda, & practicanda in detractionibus; & sic à multis scrupulis, & interrogationibus immunes erunt. Vide Bonac. *tr. de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. difficult. 3. num. 17* qui nostram sententiam probabilem vocat. Aliqua etiam, quæ ad hanc materiam pertinent, reperies in *trati. 4. de Sacram. tertie huius Operis Partis*, * *Resol. 67.*

* Quæ hic est infra Ref. 165.

RESOL. XX.

Virum, ita ut in superiori casu sentiendum sit, quando quis infert iniuriam pluribus personis an vero sit necessarium explicare in confessione numerum personarum?

Sed resolutio huius casus pendet ex illa questione, utrum in eodem actu possint dari plures malitie, solo numero distinctæ? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 29.

§. 1. **E**xplicandum esse censuit Yribarne in 4. sent. disp. 17. disp. 1. §. sect. 8. to. 2. nam, dum eadem iniuria in plures est prolata, tot peccata committuntur, quot personæ afficiuntur tali iniuria: damna siquidem causata in fama & honore, eatenus iuxta numerum personarum numerantur, ut nequeant cadere sub vnica exultimatione, perinde atque damnum illatum in vita. Ita enim sentit Bonacia *de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. diff. 3. n. 16.* vbi ait, qui pluribus iniuriam intelit, teneri numerum personarum exprimere: non, quia pluritas personarum, præcisè, sit circumstantia mutans speciem; sed, quia est obiectum terminans, & determinans ipsum actum, ut aliquid spectans ad ipsius substantiam quasi indiuiduam: cum autem ipse actus indiuidualis exprimendus sit in confessione, & hic exprimi sufficienter nequeat, non expresso numero personarum; sequitur, numerum personarum exprimendum esse. Et in terminis hanc opinionem sequitur, præter Zerolam in *praxi panit. cap. 12. q. 4. 8.* & Henriquez *lib. 5. c. 5. n. 4.* sequitur, inquam, Valquez, *vbi infra*, & Tannerus in 2. disp. 4. q. 2. dub. 4. n. 55.

Sup. hoc in Ref. seq. in principio, & ex consequentibus in multis alijs Ref. illi frequentibus. 2. Sed resolutio huius casus pendet ex illa celebri questione, utrum in eodem actu possint dari plures malitie, solo numero distinctæ? Negat P. Suar. in 3. p. re. 2. disp. 22. sect. 5. n. 4. Affirmat Valquez etiam in 3. p. rom. 4. q. 9. art. 1. dub. 4. n. 4. Sed, licet Suarez teneat negatiuam sententiam asserit tamen, confitendum esse necesse non numerum personarum. Sed magis consequenter loquitur Valquez: nam n. 8. ait: [Hoc dixerim in opinione hac, quam credo probabilior, in eodẽ actu esse posse duplicem malitiam solo numero differentem; cuius contrarium non existimo improbabile: & secundum illam tenentur, qui eam sequuntur, dicere, eam circumstantiam non esse necessariò explicandam.] Vbi vides, eos, qui tenent, in eodem actu nõ esse posse plures malitias solo numero distinctas, quam opinionem probabilem vocat Valquez, debere dicere in nostro casu, circumstantiam, & numerum personarum non esse in confessione aperiendum; iuxta sententiam, quam sequimur, circumstantias aggravantes non esse aperiendas in confessione.

3. Dices: Vnitas peccatorum non tantum defumi debet ex vnitate actionis; sed etiam ex multiplicitate personarum, circa quas versatur actio: sed in proposito casu reperiuntur plures personæ, & plura subiecta, circa quæ versatur illa iniuria: ergo sunt plura numero peccata. Respondeo, vnitatem, & multiplicitem peccatorum defumi ex vnitate, & multiplicitate personarum, & subiectorum, quando actio fit succes-

siuè circa plures personas, non quando fit tota simul circa plures personas, ut in nostro casu: quando enim quis fert iniuriam erga decem homines, illa iniuria respicit illos decem homines; per modum vnus obiecti, & ideo vnica habitudine transcendentali ad illos tenet. Quapropter, licet vnumquodque ex his obiectis per se possit terminare actum sibi ad quantum, & ita possent esse ad alia obiecta plures respectus distincti; tamen ut cadunt sub tali actu, nullum illorum obiectorum per se sufficit ad terminandum aliquem respectu illius actus, sed solum omnia coniunctim. Ergo, &c. Sed, his non obstantibus, contrariam sententiam cum Valquez, tenendam esse puto, & eum citatis DD. Sed ad alia deueniamus.

RESOL. XXI.

Virum in eodem actu possint dari plures malitie solo numero distinctæ, & in confessione aperiendæ?

Et de hac questione pendet decisio multorum casuum in praxi sæpius occurrentium.

Et inter alia, que ex doctrina supradictæ questionis inferuntur, septem casus assignantur in totum huius Resolutionis.

Et tandem notatur, quod si quis vno icu tres occideret Clericos, in tres excommunicationes incurreret.

Idem est dicendum de irregularitate. Secus autem si ter percuteret Clericum, nam tunc tantum incurreret excommunicationem. Ex part. 3. tr. 4. Ref. 163. alias 164.

§. 1. **D**E hac questione pendet decisio multorum casuum in praxi sæpius occurrentium. Partem negatiuam tenet Filliucius *to. 2. tr. 2. c. 8. n. 320.* Layman in *Theol. mor. lib. 1. trati. 3. c. 3. n. 2.* Duadus in *Bull. Con. l. 3. §. 3. q. 2. n. 3.* Megala in 1. part. lib. 5. c. 12. n. 4. & Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 22. sect. 5. n. 33. vbi tamen asserunt, in hoc casu debere explicari eas circumstantias in confessione, non, quia multiplicentur peccata, sed, quia a: gent peccati grauitatem. Et ratio est, quia licet actus tendat in plura obiecta materialiter distincta, non tamen tendit in illa per modum plurium, sed per modum vnus.

2. Sed qui probabiliter tenet circumstantias aggravantes non esse in confessione explicandas, poterit consequenter sine peccato in tali casu istas reticere, quod minimè dicendum est. Et ideo affirmatiuam sententiam amplectendam esse puto, quam etiam tenui in *tr. de circumstantiis resol. 29.* cum Valquez, cui nunc addo Salas in *part. 2. tr. 1. 3. disp. 3. sect. 2. n. 19.* Azorium *tom. 1. lib. 4. c. 4. ques. 5. §. 6.* Henriquez *l. 5. c. 5. n. 4.* Pelantium in *addit. ad 3. p. q. 10. disp. 3.* Yribarne in 4. sent. tom. 2. disp. 17. disp. 1. §. sect. 8. Clauem in *Regiam lib. 2. c. 5. n. 14.* & alios. Dico igitur, quod in eodem numero actu physico reperiuntur plures malitie morales numero distinctæ, & consequenter censentur plura numero peccata, quæ omnino sunt in confessione explicanda.

3. Ex hac secunda opinione inferitur.

Primò, quod qui statuit totam Quadragesimam vnico voluntatis actu non ieiunare, tot peccata committere, quot sunt dies Quadragesimæ, & idem dicendum est de eo qui statuit omittere Missam, vel Officium diuinum per totum annum; aut habuit voluntatem occidendi multos homines, quod etiam intellige de simplici complacentia voluntatis, ac delectationis morose. Vnde si quis de præsentis sibi complacere, seu delectetur morosè, de triplici actu nefando antea habito committere tria peccata delectationis morose numero distincta, & in confessione aperienda. Vide Mollesium in *sum. tom. 1. tr. 8. c. 7. n. 19.* Salas in *p. 1. tr. 1. 3. disp. 5. sect. 6. n. 6.* Pelantium in *addit. ad 3. part. q. 10. disp. 3.* & alios.

4. Secundo infertur cum Nauarro in cap. 6. numero 18. Vgolino de cens. tab. 1. capite 16. §. 3. Megala in 1. part. lib. 5. cap. 1. 2. n. 4. ad 2. & aliis; Petrum, v. g. volentem occidere Paulum cum tota sua familia, duo tantum peccata interna homicidij committere; quia tota familia in iure pro vna persona reputatur, & vna familia est multarum personarum collectio, sicut grex ouium, & bibliotheca, est quoddam totum ex multis rebus tanquam ex partibus constitutum.

5. Sed his non obstantibus contrarium tenet Salas, & Molfesius ubi supra. Azorius tom. 1. lib. 4. cap. 4. quæst. 3. & alij. Hic etiam nota, quod si libri furatus, vel oues, v. g. essent plurium dominorum pro indiuiso, non ceneri plura numero peccata, vt docet Valquez in 3. p. 10. 4. q. 9. 1. dub. 4. n. 5. licet contrarium asserat Molina tom. 4. disp. 4. 1. num. 4. secus autem si essent diuersorum dominorum pro diuiso; nam essent diuersa peccata in confessione explicanda, & ita tenet Henriquez lib. 5. cap. 5. num. 4. Molina loc. citat. & alij.

6. Tertio infertur vno sermone maledicentem Deum, B. Virginem, & D. Petrum, tria peccata numero distincta committere. Sed quid dicendum de eo, qui maledicit Deum, & duodecim Apostolos, vel imprecatur mortem Paulo, & toti familie illius; Henriquez lib. 5. c. 8. n. 4. docet vnum peccatum committere. Fagundes par. 2. l. 3. c. 5. n. 10. Duardus in Bull. Cen. lib. 3. §. 3. quæst. 2. n. 3. Megala in 1. part. l. 5. c. 12. n. 4. ad 2. Vgolino de cens. tab. 1. c. 16. §. 3. n. 8. & alij putant esse duo peccata: Valq. vero in 3. part. 10. 4. q. 9. 1. art. 1. dub. 4. n. 10. Molfesius in sum. 10. 1. tr. 8. c. 7. n. 19. Azorius 10. 1. lib. 4. c. 4. quæst. 5. tenent, in tali calu tredecim peccata moraliter numero distincta committi, explicanda in confessione.

7. Quarto infertur, lædentem eodem verbo famam, & honorem trium, tria peccata numero committere, in confessione aperienda; sicut qui vno icu occideret tres. Ita Filiucius tom. 2. tract. 2. 1. cap. 9. nu. 325. Yribarne 4. sent. tom. 2. disp. 17. disp. 15. sect. 8. Valquez & Azorius locis citatis, & ego etiam alibi resol. 29. de circumstant. aggrau.

8. Quinto infertur, simul recogitantem in vna molitie plures coniugatas, plura peccata in illo actu physico moraliter numero distincta committere in confessione aperienda. Ita Henriquez lib. 5. cap. 8. n. 8. Reginaldus 10. 2. lib. 22. cap. 8. sect. 9. in fine. Toletus lib. 3. c. 7. & alij.

9. Sexto infertur, inducentem vnico verbo quatuor, v. g. ad peccandum, quatuor peccata committere in confessione explicanda. Ita Sanchez in summa, tom. 1. lib. 1. cap. 6. n. 8. Valquez in part. 2. q. 7. 1. art. 7. n. 15. Salas in part. 2. tr. 3. disp. 5. sent. 13. n. 110. & alij.

10. Et tandem, Septimo à fortiori infertur quod coniugatus, qui cum vxore alterius adulterium committit, vno actu duplicem malitiam iniustitiæ contrahit, vnam contra propriam vxorem, alteram contra virum alterius: similiter Religiosus qui rem habet cum Moniali, committit duo sacrilegia moraliter numero distincta: præterea, si quis vno icu occidit tres homines, tria homicidia numero distincta committit. Et horum omnium supradictorum in presenti resolutione alia ratio adduci non potest; quia malitia peccati consistit in respectu contrarietatis ad rectam rationem. Cum autem actus dicat ordinem ad plura obiecta, ex quorum vnoquoque pro se prouenit contrarietas ad rationem, concedendum est esse plures malitias numero distinctas, & ideo plura numero peccata explicanda in confessione, vt ex vsu omnium Christianorum patet.

11. Notandum est etiam hic obiter, quod si quis vno icu tres occideret Clericos, in tres excommuni-

cationes incurreret, vt Nauarrus cap. 6. num. 18. Vgolino de cens. tab. 1. cap. 16. §. 3. num. 8. Molina tom. 4. tract. 3. disp. 4. 1. n. 3. Sayrus de cens. lib. 6. c. 10. n. 9. Alterius de cens. tom. 1. l. 3. disp. 10. cap. 8. & alij. Et idem dicendum est de irregularitate. Secus autem si ter percuteret clericum; nam vnam tantum incurreret excommunicationem, vt in superiori resolutione notauit, & docet Salas in part. 2. tom. 2. tract. 13. disp. 5. sect. 8. num. 91.

v. Quarto & magis late in co. 5. 2. 2. Re. fol. 53. Sup. hoc inf. in Ref. 29. §. 1. in fine.

RESOL. XXII.

An ratione distinctionis numerice obiectorum peccata numero distinguantur? Et pro praxi huius quæstionis multi casus cursum adducuntur, in corpore huius Resolutionis; sed fere omnes magis late in suis specialibus Resolutionibus iam in hoc ipso tractatu pertractantur? Ex part. 9. tr. 9. & Misc. 4. Ref. 56. aliàs 55.

§. 1. DE hac quæstione alibi à nobis actum est. Nunc illam iterum tracto propter aliquos casus in particulari, qui ab ipsa deducuntur. Dico igitur, quod aliqui negant; dicunt enim peccata non multiplicari numero propter multiplicationem indiuiduam obiectorum, atque ad eò actum tendentem indiuisibiliter in plura obiecta numero tantum distincta, vnum tantum esse peccatum, & simplicem malitiam habere. Supponunt enim non posse duas malitias tantum numero distinctas eidem subiecto inesse, quia omnia fundamenta eiusdem rationis in malitiam eandem quasi conspirant. Hinc Pater Leandrus de Sac. 10. 1. tractat. 5. disput. 8. §. 3. quæst. 19. & seqq. plures casus deducit. Primò, qui vnico actu voluntatis vult v. g. decem homines occidere; aut ad decem mulieres eiusdem conditionis accedere; aut ad eandem mulierem decies accedere, non debet explicare illam circumstantiam obiectorum. Secundò; qui de facto vnico icu decem occidat homines, non committit decem peccata necessariò fatenda, sed sufficit confiteri solum malitiam specificam; non autem distinctè totam malitiam indiuidualem peccati; sufficit enim dicere, occidi aliquos homines. Tertio: qui vnico verbo lædit famam, & honorem v. g. trium hominum, non committit tria peccata. Quarto: si quis vnico icu tres occidat Clericos, in tres excommunicationes, nec in tres irregularitates minime incurrit. Nec Iudex ferens sententiam mortis contra tres, incurrit tres irregularitates. Quintò: qui vult occidere Petrum cum tota sua familia, vnicum tantum committit homicidium. Sextò: qui maledicit Deo, & duodecim Apostolis, aut imprecatur malum Paulo, & toti eius familie, vnicum tantum peccatum committit. Septimo: qui vno tempore & actu pluribus iniuriam infert, non tot peccata committit quot sunt personæ, quæ tali iniuria afficiuntur. Octauò: qui vnico actu furripere à pluribus quantitatem notabilem, non plura committit peccata, nec tenetur in confessione explicare numerum personarum. Nonò: qui vnico actu voluntatis statuit omittere Officium Diuinum per integrum mensem, aut ieiunium per totam Quadragesimam vnicum tantum committit peccatum; secus autem si postea dictum actum voluntatis executioni mandaret non recitando, nec ieiunando; nam tunc tot peccata committeret, quot ieiunia frangeret, vel officia omitteret. Decimò: qui vnico actu molitici recogitat plures coniugatas, aut plures moniales, non committit plura peccata, sed sufficit dicere habui molitiam cum cogitatione in coniugatas, seu in moniales. Vnde cum: qui vnica vice leandalum dedit, non tenetur explicare

Alibi supra in Ref. 20. signanter à §. 2. & in Ref. 21. & infra in Ref. seq. & in aliis eius ter. tie not. & ex consequent. in multis aliis Ref. huius tr. signat. ter in Ref. 28.

Sup. hoc primo infra in Ref. 24. & c.

Sup. hoc secundo in Ref. seq. §. 1. in fine, & seq. & c.

Sup. hoc vlt. Tertio, & seqq. Quarto, & Sexto, septimo, & Octauo, in Ref. præterita, in §. Quarto §. vlt. §. Secundo, §. Tertio §. Quarto, §. sed his, & pro Octauo etiam in §. vlt. huius Ref.

Sup. hoc nono in fine Ref. seq. & in aliis eius not. vlt.

Sup. hoc decimo in Ref. præterita §. Quinto & in alio §. eius annor.

Sup. hoc in... in Ref. 20. signanter à §. 2. & in Ref. 21. & infra in Ref. seq. & in aliis eius ter. tie not. & ex consequent. in multis aliis Ref. huius tr. signat. ter in Ref. 28.

Sup. hoc in
decimo in
Ret. praece-
ta §. 1. & c.
sup. in Ref.
15. & c.

Sup. his duo-
bus seqq. in
tom. 5. tr. 2.
Ref. 53. ad
med. vers. aut
in iudice.

Sup. hoc Re-
ligioso in
Ref. praece-
ta §. Et tunc
ad lin. 5. &
inf. in Ref.
26. §. Circa
hoc ante me-
dium. v. no
peccat. & in
Ref. 97. §.
Dices paulo
post initium
vers. Confir-
matur.

Sup. hoc in
Ref. not. pri-
mae huius
Ref.

Sup. hoc inf.
in Ref. 25. &
in Ref. 27. &
lin. 5. vers. In-
fero quinto.
& in fin. Ref.
117. & in
Ref. 118. &
167. §. in Ref.
39. & sup. in
Ref. 15. §. pe-
nult. & vlt.

pliare numerum personarum, vt quando aliquis co-
ram multis peccauit, vel turpia loquutus est. Et haec
omnia docet Pater Leandrus vbi su praeci adde Tam-
burinum in *Opusculo de Confess. lib. 2. cap. 1. §. 8. & 9.*
quae satis plausibilia erunt confessariis, & peniten-
tibus. Sed ego in meo tractatu de circumstantiis plu-
res de dictis casibus non admitto. Et secundum do-
ctrinam Leandri, quis dicere posset probabile esse,
Iudicem, qui simul duos homines extraheret ab Ec-
clesia, vnicam censuram incurtere; & eum, qui eo-
dem tempore simul duos excommunicatos alloque-
retur, vnicam etiam incursum censuram. Et ex eo-
dem principio videtur inferri, Religiosum habentem
rem cum Religiosa, vnum tantum committere pecca-
tum contra Religionem & sufficere si in confessione
dicat commississe fornicationem sacrilegam, seu con-
tra castitatis votum; nec aliquam video disparitatem
inter circumstantiam coniugij tenentis se ex parte
vtriusque coeuntis, & voti ex parte eorumdem te-
nentis, nihilominus illationem hanc in Authoribus
hucusque non reperit: id enim profecto mirum est in
praedicto principio, quod illius patenti pro conclu-
sione legitime ex illo deducta nouam semper quaes-
tionem mouent hanc admitentes, illam negantes,
& de pluribus dubitantes.

2. Sed vt verum fatear, licet opinio affirmatiua cir-
ca difficultatem in titulo huius resolutionis propo-
sitam, sit satis probabilis; nam illam tenet Suarez, Fa-
gundez, & alij viri docti; tamen magis mihi placet
opinio negatiua; nempe peccata multiplicari nume-
ro quoties multiplicatur obiecta, ita vt si eodem
actu quis quatuor feminas concupiscat, quatuor
committat peccata, vel si in tres personas maledicta
coniciat, tria committat peccata; & ita teneatur ex-
plicare numerum personarum, in quas maledicta con-
iecit. Ita Valquez, Granadus, Tannerus Hentiquez,
& alij, quos nouissime citat, & sequitur Doctissimus
Pater Quiedus in *part. 2. D. Thom. tr. 6. contr. 5. punct.*
7. n. 122. qui sic probat suam sententiam: In eandem
numero physicam actionem possunt coincidere duae
malitiae specie distinctae, vt admittunt omnes in for-
nicatione coniugati; ergo & duae malitiae numero
distinctae. Dices malitiae specie distinctas non posse
in vnum coalescere, & id posse malitias numero di-
stinctas. Ex hac solutione argumentum desumo ad
meam probandam sententiam. Duae fornicationes,
seu duo homicidia non possunt in vnum coalescere:
ergo nec malitiae ex illis desumptae. Confirmatur: si
quis ad meretricem accederet, animo committendi
duas fornicationes, & vnam immediate post aliam
absque vlla interruptione committeret, etiam si ex vi
eiusdem voluntatis actus in quo semper perstitisset,
vtraque fornicatio procederet, duplex peccatum com-
mitteret; quia quaelibet fornicatio est quoddam vo-
tum completum, & absolutum in seipso terminatum,
& perfectum, & ita dum ad aliam procedit, nouum
aliud committit peccatum, quod affirmat Suarez de
*Penit. disp. 22. sect. 5. n. 34. & de censuris in genere
disp. 2. sect. 5. num. 8.* Ergo animus committendi has
fornicationes tendit in duo peccata externa numero
distincta; ergo habet duplicem malitiam. Confirma-
tur: actus externus, & internus efficax eadem malitia
indiuisibili indiuisibiliter afficiuntur, quia faciunt
vnum in genere moris; ergo si datur duplex malitia
externa, aff. actus efficax ex se tendens in vtramque,
habebit duplicem malitiam. Deinde sequeretur ex
sententia Soarii, eum qui vno actu decernit duplicem
fornicationem, & ex vi eiusdem actus interni perma-
nentis vtramque incontinenti exercet, vnicum pecca-
tum committere, cuius oppositum affirmat idem
Soarius locis citatis, propter rationem modò datam.

3. Ex his infert Quiedus, eum qui simul decernit
plures committere fornicationes, plures homines oc-
cidere, in plures personas maledicta iacere, plu-
ribus simul eodem revelato delicto honorem detra-
here, tot peccatis numero distinctis peccare, seu tot
malitiis numero distinctis in confessione necessariò
aperiendis, in quantum fieri poterit, quot sunt ob-
iecta, circa quae illius versatur actus. Idem dicendum
videtur de eo, qui simul eodem dicto, in plures San-
ctos blasphematur. Sed de his omnibus remitto me ad
ea, quae dixi in dicto tractatu de circumstantiis.
4. Et tandem non deferam hic apponere verba Ca-
stri Palai, *to. 4. tr. 23. punct. 9. n. 8.* vbi sic ait: Salas &
Valquez affirmant, te non esse obligatum in peccato
furti numerum dominorum declarare; quia ex eorum
multiplicitate non videtur peccatum multiplicari,
cum sit eadem priuatio domini, idemque damnum
tamen plures illud patiantur, in quo est latum discreti-
men ab eo, qui vno actu plures occideret, vel vulnera-
ret, vnicòque verbo flamm plurium laederet; vel id
praestare vellet, quia occisiones, vulnerationes, fames,
que laesiones distinctae sunt, & vna ab alia non pendet
nisi in causa, & consequenter voluntas illorum multi-
plex est moraliter pro multiplicate damni inferendo.
Debet ergo in confessione manifestari. Ita ille, cui ad-
de Trullenchi de *Sac. lib. 4. c. 6. dub. 4. n. 7. & 27.* cum
Elcobar in *Theol. moral. tr. 7. Exam. 4. cap. 7. n. 6.*

RESOL. XXIII.

An si quis vnica voluntate voluisset plures homines
occidere; aut plures ad mulierem accedere, & c. te-
neatur hanc circumstantiam confiteri?
Et quid est dicendum, si quis vnico actu voluntatis vel-
let plures occidere, quorum vnus est Pater proprius,
alter Sacerdos, & alter secularis?
Et quid, si vnico actu voluntatis quis desideraret, & de-
lectaret se de tribus feminis, quarum vna esset Mo-
nialis, altera coniugata, & alia soluta?
Et an secus sit dicendum, & sentiendum, si omnes tres
essent solutae, coniugatae, aut Moniales?
Idem erit in casu, quo quis vnico actu voluit omittere
Officium diuinum per mensem: vel ieiunium per
vnam Quadragesimam, quod sufficit, si dicat in con-
fessione se voluisse frangere, ieiunium, vel officium
diuinum non persolvere, & c. Ex part. 1. tr. 7. Ref. 17.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent Doctores, qui pu-
tant in eodem actu esse posse duplicem
malitiam solo numero differentem, vt docet Valquez,
vbi inf. à Et exemplum erit in illo, qui vno actu odij
feratur in decem homines: committeret enim vnum
peccatum physicè, in quo essent decem malitiae mo-
rales numero distinctae; quia sunt decem obiecta in-
tegra quorum quodlibet ex se aptum esset continere
vnum peccatum: sunt enim decem iniuriae diuersae
numero, quae fierent decem distinctis hominibus; si-
cut, qui vno icu occideret decem homines, faceret
vnum peccatum physicè, ratione vnus actionis, in
quo essent decem malitiae homicidij.

2. Sed contrariam sententiam tenet Suarez in *3. p.
to. 4. disp. 22. sect. 5. n. 35.* & alij, qui putant, huiusmo-
di obiecta diuersa numero, materialiter, & physicè fa-
cere tantum actum peccati grauiorem, esse autem vnum
obiectum formaliter, & moraliter; ideo, licet singula
si per se sumantur, possint dare malitiam numero di-
uersam; tamen quatenus omnia coniunguntur in vno
actu hìc, & nunc, nullum ex iis per se illam confert,
sed omnia simul per modum vnus concurrunt ad vnà,
& eandem malitiam. Itaque ex hac secunda opinione
apparet, obiecta diuersa numero non multiplicare
peccata: sed tantum aggravare, & ideo secundum illam
dicendum

dicendum est. talem circumstantiam non esse in Confessione aperiendam, vt rectè notauit, licet ipse contrariam sententiam teneat, Valquez in 3. part. tom. 4. quæst. 91. art. 1. c. dub. 4. num. 8. vbi sic asserit: Hoc dixerit in opinione hac, quam credo probabiliorem, in eodem actu esse posse duplicem malitiam solo numero differentem, cuius contrariam non existimo improbabilem: & secundum illam, qui eam sequuntur tenentur dicere, eam circumstantiam non esse necessariam in Confessione explicandam.] Ita Valquez.

3. Et idem ex neotericis docuit hanc sententiam, ex nostris P. Megala in 1. part. lib. 5. cap. 12. num. 4. vbi expressè aduersus Azorium probat, quòd si aliquis vnico actu voluntatis decem homines occidere velit, non tenetur quantitatè huius casus in Confessione explicare: quia, præter rationes adductas, sicut vnicus & indiuisibilis actus charitatis erga decem homines vnica, & indiuisibilem charitatem habet; ita vnicus, & indiuisibilis actus odij erga totidem homines, vnica, & indiuisibilem habet malitiam: sed, qui vnico actu voluntatis decem homines vellet occidere, vnico actu odij haberet: ergo sufficeret, hanc tantum in Confessione explicare. Nisi tamen vnico actu voluntatis vellet plures occidere, quorum vnus est pater proprius, alter Sacerdos, alter secularis: in quo casu vnico committeret peccatum; sed plures habens deformitates, scilicet homicidij, parricidij, & sacrilegij. Sicut qui vno actu voluntatis desideraret, & delectaret se de tribus foeminis, quarum vna esset Monialis, altera coniugata, & altera soluta: secus, si omnes tres essent solutæ, vel coniugatæ, vel Moniales: nam in hoc vltimo casu, non autem in primo, sufficit, si penitens dicat, se moralem delectationem habuisse super Moniali, vel soluta, vel coniugata: & non erit necessariu dicere, delectationem fuisse super tres Moniales, vel tres solutas, vel tres coniugatas: quia, vt dictum est ex sententia supradictorum DD. obiecta tantum diuersa numero non multiplicant peccata, sed aggrauant. Et idem dicendum erit secundum hos DD. in casu, quo quis vno actu voluit omittere Officium per mensem, vel ieiunium per totam Quadragesimam: sufficeret enim, si diceret in Confessione, se voluisse frangere ieiunium, vel Officium non persolvere. His tamen non obstantibus, puto, contrariam sententiam Valquez amplectendam esse, & ita in praxi obseruari, & docet nouissimè Granado in part. 2. D. Thoma contr. 7. tr. 2. disp. 5. n. 10. & Malden- sium etiam in p. 2. q. 29. art. 4. disp. 99.

RESOL. XXIV.

An qui vnico voluntatis actu vult plures homines occidere, committat plura peccata? Et quid in predicto casu, si vnus esset Pater proprius, alius Sacerdos, alter vero secularis? Ex part. 7. tr. 11. & Misc. 2. Ref. 32.

Hanc sententiam alibi pertractaui, & quia questio est difficilis non desinam hic apponere opinionem Ioannis Caramueli in Regulam D. Benedicti, disp. 62. num. 910. vbi sic ait: Vnitas moralis defumitur ab actu voluntatis, non à re physica. Hinc patet, duo esse peccata, velle eundem hominem occidere diuersis actibus. Puta, si Petrus vellet interficere Ioannem & postea voluntatem hanc retractatam iterum excitaret; quia licet Ioannes in esse physico sit vnus, prout in voluntate Petri est, est duplex: fuit enim obiectum duorum actuum. Hinc patet, etiam esse vnico peccatum, velle vnico voluntatis actu occidere duos; quia, licet hi sint plures in genere physico, in voluntate sunt per modum vnus;

nam vnus actus non datur nisi vnum obiectum: vnde, licet velle occidere duos sit maius peccatum, quam velle occidere vnum, non tamen est duplex peccatum. Quare in mea sententia, quæ tenet circumstantias, maximè aggrauantes, non esse in confessione aperiendas, si fieret illi in confessione dicere, volui semel occidere; quia non voluerat bis, vt supponitur; quod autem voluerit vnum, aut quatuor actum aggrauat, sed non multiplicat, & ita solum est extensio materialis, nec est opus vt explicetur. Ac propterea volens vnico voluntatis actu occidere Patrem suum, & vnum Sacerdotem, deberet in Confessione dicere: Volui semel occidere, & erat in hoc actu circumstantia Parricidij, & sacrilegij; nec teneretur explicare, vtrum idem esset Pater qui Sacerdos, an diuersus; quia Parricidium, & sacrilegium, sunt circumstantiæ mutantes speciem, ideoque necessario manifestandæ Confessario: quod autem iste Sacerdos, & Pater distinguantur in esse physico vel non, est quid peccato materiale. Ita Caramuel; cuius doctrinæ multum fauet Cardinalis de Lugo de Sacram. Pœnit. disput. 16. sect. 4. num. 135. & seq. Licet postea num. 141. asserat voluntatem occidendi plures communiter non explicari bene in confessione dicendo feci homicidium, aut habui voluntatem homicidij: Et nouissimè opinionem Caramueli tanquam probabilem admittit Ioann. Machadus de Perfecto Confess. tom. 1. lib. 2. part. 1. tract. 2. docum. 1. num. 3.

RESOL. XXV.

An qui successiue, & vno impetu ter, v.g. fornicaretur, committat tria peccata, vel vnum? Et pro firmanda doctrina huius questionis alij diuersi casus adducuntur in textu huius Resolutionis, sed iam omnes in suis propriis Resolutionibus in hoc tractatu discutuntur, vel iam sunt discussi: Ex part. 11. tr. 1. & Misc. 1. Ref. 2.

Vnum tantum peccatum committere nominatim contra me contendit probare sapientissimus & amicus Ioannes Caramuel in Theologia fundamentali fundam. 29. numero 494. vbi sic ait: Si quis vnico luxuriæ impetu ad multas foeminas accederet, & à fortiori si pluries ad eandem, vnico peccatum committeret: Quod etiam dici debet, si dialecticari velimus; sed quid est vnus luxuriæ impetus? Videretur ille qui vna nocte suæ Amasiæ condormit; vnico luxuriæ impetu commotus esse: Hanc opinionem tenet Zanardus Dominicanus, qui in direct. Confess. part. 1. de sacrament. pœnit. cap. 18. fol. 204. docet, qui tota nocte Amasiam habuit apud se, non debere dicere, ego eam cognoui tot vicibus, sed feci quod potui, modò non habuerit interruptionem mentis, vel operis. Legunt Zanardum aliqui, & nesciunt cur obliget ille penitentem ad dicendum, feci quod potui, cum videatur penitens ex eiusdem fundamentis satisfacere dicens, semel sum fornicatus, legit illum Diana part. 3. tract. 4. resol. 67. & ait (sed fallitur; nam opera illa consummata sunt distincta peccata in Confessione aperienda: nec vnico respicit, & ordinatur ad alterum. Ergo, &c.) sed quid Zanardo Diana, si referret opinionem, docentem cum, qui consequenter multas blasphemias euomit vnico peccatum committere, & adderet (ita Diana part. 3. tract. 4. resol. 163. sed fallitur; Nam singulæ blasphemias, sunt singulæ, diuersæ iniuriæ, diuersæ actiones peccaminosæ; & diuersa peccata, & in confessione aperienda; Vna enim blasphemia nullo modo ordinatur ad

Sup. hoc in Resol. 1. nor. præterite in eod. §. ante medium & post mediū.

Sup. hoc sup. in Ref. 15. §. Sed & in aliis §§. eius annot. & lege etiam Resol. nor. seq.

Sup. hoc inf. in Ref. 118. & in aliis Ref. §§. eius annot.

Quæ hic est inf. Ref. 165. §. In Ref. 39. &c.

Quæ hic est inf. Ref. 29. in eius §. vlt. & in aliis eius not.

ad alteram ergo vel debet Diana huic subscribere, vel antecedentia delere.

2. Ego quidem sensi difficultatem, & ne mihi considerem: hanc ego P.N. Praga, & Vienna S. Theologiae Doctore, & Professore Viro verè erudito, & in moralibus benè versato decidendam proposui, & iudicavit, eum qui vno itinere, aut coitu bis, aut ter concurreret, vnicum peccatum commissurum, plura autem si inter fornicationem priorem & posteriorem intercedat temporis intervalum (ergo dicere debuit à fortiore, mulierem quæ antequam vir exoneret, bis concurrat, vnicum commississe fornicationis peccatum) & ego etiam hic difficultatem inueni, & in re dubia, & perplexa dico primo, sicut de periuriis, & blasphemis; Ita de homicidiis, & fornicationibus in hac materia est philosophandum. Ergo videat Diana quid dicat de prioribus, & vel inuitus debeat de posterioribus pariformiter philosophari. Dico secundò, sicut de fornicatione; Ita de pollutione, sodomia, & aliis sordibus contra naturam erit philosophandum. Nam si habere tota nocte vnam feminam est vnicum peccatum mortale; etsi interueniant plures copulae: Vnicum erunt peccatum mortale multæ pollutiones, aut contra naturales copulae habitæ consequenter & vno impetu.

3. Huc vique Caramuel, cuius sententia magis confirmari potest exemplo confessarii excipientis in peccato mortali, successiue v. g. trium confessiones, quem probabiliter asserunt plures Doctores; vnum tantum peccatum committere.

4. Sed hanc sententiam minime sustinendam esse puto, & idè illam impugnant Eminentissimus Lugo & in Ref. 164. de sacram. pœnit. disp. 1. c. 6. sect. 4. num. 157. Constantinus Castro mater. in collectione Theologiae Moralium tract. 1. cap. 6. artic. 4. sect. 4. & Tamburinus opus. de confess. lib. 2. cap. 1. 2. §. 8. num. 56. vbi sic asserit: Qui Sacerdos successiue audit in peccato mortali plures confessiones vnam post aliam; in sententia probabiliter non committit plura numero distincta peccata; Idem dic si confessarius idem modicè deflexerit ad alios sermones minime facientes ad eiusmodi ministerium: Vnde factis erit si dicat, Audiui vna vice plures confessiones absolutionem in statu peccati mortalis ministrando.

5. Contra, qui vna eademque nocte v. g. plures copulas habet cum eadem: multò magis; qui plures copulas; cū plurius sicut etiam, qui plures successiue occidit, debet numerum explicare copularum, & occisionum ratio est, quia hic sunt diuersi omnino actus consummati, nec vnus facies moralem vnitatem cum alio, in præcedentibus verò illi actus v. g. detractionum ex se faciunt vnitatem moralem, sic enim modo humano æstimari solet. Ita ille, & communiter doctores.

6. Nec obstant exempla adducta à Caramuele in contrarium, & præcipuè illud de confessario excipiente in peccato mortali successiue plurium confessiones; Nam respondeo primò ex Suarez in 3. part. tom. 5. disp. 5. sect. 3. num. 7. & Constantino loco citato, actionem humanam aut versari circa terminum, in quo perficitur, & completur ipsa actio; aut versari circa terminum indefinitum ac incertum; qui habet extensionem, & latitudinem: Si actio peccaminosa versatur circa terminum definitum; & in eo consummatur; tunc multiplicata actione multiplicatur & peccata; si verò actio peccaminosa non habet terminum definitum & limitatum, tunc multiplicata actione successiua circa idem obiectum sine morali interruptione non multiplicatur peccata. Quo sic stante respondeo ad Caramuelem, fornicationem habere terminum definitum

& limitatum, in quo completur, & terminatur ipsa actio, quod quidem non accidit in aliis exemplis ab ipso Caramuele adductis; Ergo optime Diana dixit, fornicationem ter cum femina, committere tria peccata, non autem qui vnicò impetu tres blasphemias euomit, & idè non deserat hic apponere verba doctissimi, & amicissimi Patris Escobar in Theol. moral. 10. 1. lib. 8. sect. 1. c. 2. n. 51. Vbi, me citato, sic ait: Quando actio versatur circa terminum definitum, & in eo consummatur, multiplicata actione multiplicatur peccata, & consequenter tot consummaturum es capax subiectum, quot actiones multiplicasti. Id patet in eo, qui lapsus successiue fornicatur sine temporis mora, cum vna ac eadem persone: nam actus fornicationis habent terminum definitum in quo consummantur; fornicatio enim sequens non continuatur cum præcedente, nec cum ea efficit vnam actionem moralem. Ita ille.

7. Ad exemplum de confessario, quod est magis difficile, & facit magis ad confirmationem opinionis Caramuelis? Respondeo primò, illas actiones fieri per modum iudicii ex Concilio Tridentino, & communi Doctorem sententia; ergo illæ administrationes Sacramentales, licet non sint diuersæ, si successiue fiant moraliter videntur vniri, & effici per modum vnius à Confessario.

8. Quod quidem non procedit in fornicante, si successiue diuersas fornicationes efficiat; Confirmatur, quia communiter in illa actione natura remanet ita lapsa, & viribus destituta, vt egeat aliquo tempore, & nouis incitamentis ad denuò fornicandum; Ergo ex ipsamet natura apparet, illam actionem prorsus non habere dependentiam cõa alia, nec moraliter dici posse cum alia vniri, & effici per modum vnius.

9. Non est igitur amplectenda opinio Caramuelis, qui fortasse ex iuris principiis etiam inferret & diceret, Sacerdotem celebrantem in die Natiuitatis successiue tres missas dici solitas, in peccato mortali, non committere tria peccata mortalia, sed tantum vnum. Sed ego hanc sententiam alibi reprobauit, & nunc iterum refello.

RESOL. XXVI.

An qui vnica explosione tormenti bellici occiderit decem homines, committat decem peccata in confessione necessario fatenda?

Et quid, si vnico voluntatis actu tres homines velle occidere?

Et deducitur, an quando coniugatus cum coniugata adulteratur, & Religiosus cum Moniali habet copulam, contrahant duplicem, & inter se diuersam speciem malitiæ? Ex part. 1. tract. 3. & Miscell. 3. Ref. 3.

§. 1. **N**egatiuam sententiam sustinet nouissime Pater Ioannes Pontius in Cur. Theorog. in tract. 4. §. quasi. 7. conclus. 2. numer. 53. vbi sic asserit: Obicitur, qui furatus est centum nummos, debet illam quantitatem explicare, nec sufficeret dicere, quod furatus est decem, aut quantitatem sufficientem ad peccatum mortale, & tamen illa circumstantia non mutat speciem; similiter qui vno actu, verbis gratia vna explosione tormenti bellici interficit mille homines, præsertim intentione determinata tot interficiendi, debet id confiteri, & non sufficit dicere, quod interfecerit vnum, aut aliquos homines, vel aliquem numerum; sed illa etiam circumstantia non mutat speciem. Dices has circumstantias explicandas propter restitutionem annexam.

Sup. hoc inf. in Ref. 7. §. Nec obstat. & in Ref. 42. & in Ref. 164. §. Nota etiam & in Ref. 163. de sacram. pœnit. disp. 1. c. 6. sect. 4. num. 157. Constantinus Castro mater. in collectione Theologiae Moralium tract. 1. cap. 6. artic. 4. sect. 4. & Tamburinus opus. de confess. lib. 2. cap. 1. 2. §. 8. num. 56. vbi sic asserit: Qui Sacerdos successiue audit in peccato mortali plures confessiones vnam post aliam; in sententia probabiliter non committit plura numero distincta peccata; Idem dic si confessarius idem modicè deflexerit ad alios sermones minime facientes ad eiusmodi ministerium: Vnde factis erit si dicat, Audiui vna vice plures confessiones absolutionem in statu peccati mortalis ministrando.

xam, quæ respectiue ad tantam quantitatem damni deberet fieri.

2. Contra; quia suppono, quod restituisset integrè ante, aut quod ipse sciret suam in hoc obligationem, & quod id diceret Confessario: tunc non obligaretur; ergo solutio hæc non subsistit.

3. Hæc obiectio est difficilis, & de ea fusè agit Cardinalis de Lugo, qui tandem concludit non esse necessarium has circumstantias consistendas, nisi interrogetur penitens à Confessario; Quam doctrinam confirmat auctoritate Marulli, & Megalæ in *instituzione Confessariorum* 1. part. lib. 5. cap. 12. qui id expressè tenet de voluntate interficiendi plures homines, & nostri Em. Rod. tom. 2. sum. cap. 1.4. n. 23. dicens eum, qui in peccato audit plures confessiones successiue non teneri ad consistendum numerum confessionum, de quo tamen, ac de numero hominum occisorum, ac quantitate furti est eadem ratio. Et præterea; quia qui detrahit alicui familiæ non solet confiteri, nec interrogari de numero illius familiæ, nec qui præbet scandalum aliquibus præsentibus solet confiteri, aut interrogari de eorum numero.

4. Circa hoc vix video profus vllam differentiam inter peccatum furti, & interficiendi plures homines; vnde videtur sequi ex conclusione, quod non teneatur quis per se ad consistendam quantitatem furti, aut numerum hominum, quos vno actu interfecit; quia neutra circumstantia mutat speciem. Sed addo contra Lugo, penitentem non teneri consequenter ad consistendam talem circumstantiam, sed sufficere quod dicat, furatus sum quantitatem mortaliter peccaminosam, & interfeci aliquos homines. Et si Confessarius petat quantam, aut quot, ipsum posse dicere: non teneor ad hoc consistendum, impone mihi quamuis penitentiam conformem peccato mortali talis speciei, & intrue, vt vis conformiter. Huc vsque Pontius, cui addæ Martinam de San Ioseph in *mor. Confess.* tom. 1. lib. 1. tract. 11. de penitent. num. 4. vbi sic ait: [No comete mas de vn pecado el que con vn solo acto de voluntad quisó matar veynte hombres, & cometer carnalmente diez mugeres; y assi no tiene obligacion à declarar el numero de las personas, basta que diga que quisó matar algunos hombres, &c. Porque como va dicho es muy probable, que en vn mismo acto no puede auer doblada malicia, numero distincta. De lo dicho se sigue que se vno mata con vn impetu de ira vna, vel ocho personas, no comete mas de vn pecado. Ita ille; qui etiam citat Cardinalem Lugo, & postea in num. 10. subijcit, no pecan mas de vn pecado numero el casado que adultero con muger casada; ni el Religioso que pecó con Monja, porque pecar con persona del mismo estado agrava dentro de la misma especie.] Et hanc sententiam nouissimè tenet Constantinus de Castro in *Collect. Theolog. moral. tract. 1. cap. 6. art. 3. sect. 3.* vbi sic ait: volens vno impetu ire occidere plures homines eiusdem rationis, vno sermone detrahens de pluribus, aut plures conuitiis afficiens, aut vnico ictu plures occidens, non committit plura peccata, quod obiecta sunt eiusdem rationis, circa quæ versantur hæc cogitationes, locutiones, & operationes eodem tempore, sine morali saltem interruptione: sic ite. Sed licet hæc opinio sit probabilis, ego non discedo à sententia affirmatiua, quam docui, & quam nouissimè docet Hermannus Busenbaum in *medulla Theolog. moral. lib. 1. tract. 2. cap. 3. dub. 6. num. 3.* Ioannes de Soria in *epilogo summar. part. 2. tract. 1. sect. 1. disput. 6. §. circa circumstantiam*, & Pater Verricelli in *99. moral. tractat. 8. quest. 17. num. 1.*

mer. 7. vbi sic ait: Respondeo igitur, quod quando quis occidit tres homines vno ictu, debet explicare se tres occidisse, quando autem non occidit, sed voluit eodem voluntatis actu tres occidere, sufficit dicere, semel optaui occidere. Ratio disparitatis est, quia quando occidit, tunc ad sunt tres consummationes eiusdem prauæ voluntatis; certum est enim fatendum esse opus externum, seu consummationem peccati, nequit autem id explicari, nisi dicendo se tres occidisse: At verò in actu interno non consummato; cum vnus sit, neque multiplicetur ex multiplicitate obiectorum, proinde sufficit explicare semel habuisse actum voluntatis occidendi, tacendo an vnum, plures, aut quot homines occidere voluerit; Ita ille. Displicet etiam id, quod Martinus de San Ioseph asserit supra, nam quando coniugatus, cum coniugata adulteratur, tunc contrahit duplicem, & inter se diuersam speciem malitiæ adulterij, vnam propter fidem fractam propriæ vxori, alteram propter cooperationem, qua cooperatur coniugatæ, vt marito fidem datam frangat; sed frangere fidem differt specie à peccato cooperationis frangendi fidem. Itaque in hoc casu faciunt duplicem iniuriam; coniugatus enim facit iniuriam vxori suæ vtendo aliena, & marito alienæ vtendo ipsa. Religiosus etiam facit iniuriam Deo, qui vouit castitatem, quatenus ipsemet frangit votum suum, & aliam iniuriam, quatenus concurrat cum altera persona ad frangendum alterum eius votum.

5. Quæ ratio est melior, quam illa, quam adducit Cardinalis de Lugo; nempe quod in peccato talium ex circumstantiis illis vtriusque personæ sint malitiæ distinctæ speciei, nam diuersæ speciei peccatum est violare votum suum, & concurrere ad violationem voti alterius.

6. Hæc enim ratio supponit falsum, nam profus eadem specie malitiæ est in hoc, quod tu ipse fureris, & quod concurras cum alio ad furandum, & in procuranda pollutione propria, ac aliena. Vide Soriam, & Verricelli locis citatis, & Pontium num. 71.

Sup. hoc sup. in Ref. 24. & in aliis eius primæ annot.

RESOL. XXVII.

An qui vno consuetu cum pluribus pugnaret, & successiue, v. g. occideret tres, committeret vnum tantum peccatum? Ex part. 1. tract. 5. & Misc. 5. Ref. 43.

§. 1. Eminentiſſimus Dominus meus Cardinalis Lugo videtur affirmatiuam sententiam docere, licet dubitatiue, & cum formidine, sic enim asserit de Penitent. disp. 16. sect. 14. §. 2. num. 57. Infero quinto, quid dicendum sit de illo, qui ter copulam habuit cum eadem: Aliqui volunt sufficere quod penitens dicat, fui cum meretrice vna nocte, & feci quod potui. Ita Zanardus Dominicanus in *directorio Confessariorum part. 1. de Sacrament. penitent. c. 18.* dummodo non habuerit interruptionem mentis, vel operis. Caterum iuxta regulam traditam dicendum videtur, esse tria peccata, cum vna copula non faciat vnum cum alia, sed singulæ sint actiones completæ, & totales; quod idem dicendum est de illo, qui successiue occidit tres homines sibi etiam successiue occurrentes propter eam rationem, aliud fortasse esset, si vno impetu illos omnes aggredere- tur, vt vno consuetu contra eos pugnaret, & illos occideret: tunc enim videntur habere vniorem moralem, quatenus constant vnam congressionem, & consuetu m. Ita Lugo.

2. Sed contra illum insurgit nouissimè Dicastillus de Sacramento.

Super hac quest. supra lege doctrinam ex Ref. 23. §. 1. in fine, & seq. & in Ref. 26. à principio, & infra in Ref. §. 5. vltima principio, & in alio vers. eorum annotationi, quamuis in aliquo distet ab hac questione. Sup. hac doctrina in §§. seqq. huius Ref. & infra in fine Ref. 117. 118. & in Ref. 165. §. In Ref. 39. & supra in Ref. 15. §. penult. & vlt. & in Ref. 22. §. Sed. ad medium, vers. Confirmatur, & in Ref. 25.

H h Sacramento.

Sacram. tom. 2. tract. 8. disput. 9. dub. 2. num. 79. si enim satis esse videtur quod in eodem conflictu, & pugna id fiat (vt aliqui docent, non video quomodo id possit conciliari cum impugnatione, qua etiam illi vtuntur contra Zanardum) cuius doctrina si ratione agamus, tam probabilis est, atque doctrina de occisione trium in eodem conflictu, seu pugna. Atque in primis hoc primum respondere posset Zanardus, quem impugnant, sicut enim tres occisiones in vna pugna martiali inter se sunt actiones distinctae totales, & completae, & vna non est pars alterius, nec ordinatur ad illam: nihilominus tamen quia fiunt in eodem congressu martialis pugnae, & conflictus, putare possunt ij Theologi id esse satis, vt ex actiones tam distinctae & non subordinatae possint coalescere in peccatum moraliter vnicum, sic etiam tres fornicationes in vna pugna venerea (liceat sic loqui) inter se sunt actiones distinctae totales, & non subordinatae, & vna non est pars alterius; nec ordinatur ad illam: ergo etiam quia fiunt in eodem congressu venerea pugnae & conflictus, putare potuit Zanardus id esse satis, vt ex actiones tam distinctae, & non subordinatae possint coalescere in peccatum moraliter vnicum. Nec video minorem vnitatem vnus continuari acubitus cum meretrice, donec consumuntur tres fornicationes, quam vnus continuatur conflictus & pugna cum hostibus, donec consumuntur tres occisiones.

3: Quid ad opinionem verò Zanardi, quam ego ante Cardinalem Lugo impugnaui, merito etiam illam refellit Quiedo in part. 2. *D. Thome tract. 6. contr. 5. punct. 5. num. 115.* Dicaillus vbi supra num. 78. itaque qui plures fornicationes eadem nocte commisit, etiam si absque vlla animi interruptione, quantumvis continuas, & cum eadem femina exercerentur, peccat pluribus peccatis numero distinctis, necessarium in confessione explicandis, quia quaelibet fornicatio in se est absoluta & completa, & nullam onnexionem habet cum alia. Nec temporis continuatio potest vnire actiones externas in se absolute completas, & suo genere adequatas, quantumvis enim homo continet plures homines occidat, plura committit homicidia inter se numero distincta.

4. Nec obstat dicere pro sententia Zanardi, quod ego probabiliter docui, scilicet probabile esse Sacerdotem qui successiue audiuit in peccato mortali plures confessiones vniam post aliam non committere plura peccata distincta, sed vnum: quare (inquunt) non erit necessarium dicere, audiuit tot confessiones, sed audiuit in statu peccati vna vice plures confessiones. Adde tu consequenter, nec debere dicere an audierit plures, sed dicere ministrari Sacramentum poenitentiae in peccato mortali, quia dicere plures non pertinet, nisi ad gravitatem intra eandem speciem, quam negant debere explicari. Ergo dicendum est, quod eadem est ratio de eo, qui successiue cognoscit carnaliter tres feminas.

5. Respondeo non esse eandem rationem, quia actio illa audiendi confessiones in tribunali Sacramentali maiorem recipit vnitatem moralem, quam occisiones trium, quae cum respiciant singula diuersa iura singulorum hominum, quae laeduntur & aliunde non vniuntur in actu, vel actione morali ad eundem finem: non videntur posse facile ex sola temporis propinquitate vniri ad faciendum vnum peccatum. At verò actus audiendi confessiones accipit vnitatem in primis ex fine, & intentione agentis, qui sedet in eo loco ad audiendas confessiones subditorum. Sed

de hac difficultate etiam alibi à nobis plura dicta sunt.

RESOL. XXVIII.

Aliquis habens simplicem complacentiam de homicidio suorum fratrum, quasit a me an commiserit plura peccata, & teneatur hoc in confessione explicare?

Et docetur, quod qui haberet voluntatem occidendi infinitos homines, non teneatur explicare eam circumstantiam, v. g. in efficaci voluntate non solum in simplici complacentia respectu ad plura: imo, si actualiter quis vno ictu, vel vna explosione tormenti bellici occideret plures homines, non est in tali casu explicandus in confessione numerus personarum, quia asseritur esse plures malitias, sed vnicum peccatum?

Et tandem queritur, an qui furatus est centum, satisfaciatur in confessione, si dicat, furatus sum quinquaginta? Ex part. 1. tr. 8. & Milc. 8. Ref. 64.

§. 1. DE hoc casu aliqui viri docti fuerunt interrogati, ego verò absolute negatiuam sententiam docui, & adduxi doctrinam Dicailli, cuius verba quia deseruiant ad resolutionem multorum casuum hic per extensum apponam; sic itaque ait de *Sacrament. tom. 2. tract. 8. disp. 9. dub. 4. num. 255*. Quae hucusque dicta sunt, intelligenda sunt de actibus exterioribus, qui habent multiplicem effectum, vt de maledicto, & occisione plurium vno verbo, & vno ictu; atque etiam de actibus interioribus efficacibus, de quibus omnibus dictum, admissum, & probatum hucusque est multiplicari in eis malitias pro multitudine effectuum diuersorum.

2. De actibus verò inefficacibus voluntatis, vt simplici affectu, & complacentia, dicendum omnino est, tantum esse vnicum peccatum, quando plures personae per modum vnus obiecti adaequati vnico actu respiciuntur, quia cum simplex complacentia non respiciat illa homicidia, vel mala plurium personarum, tanquam effectum, sed tanquam obiectum: Sanè si in ratione obiecti constituant vnum obiectum adaequatum, vnicam etiam malitiam constituet; Vnde in sententia Valquij, & nostra, quae nullam circumstantiam aggravantem docet esse necessariam explicandam in confessione, dicendum est in simplici complacentia eiusmodi non esse necessarium explicare respectum ad plures personas, id quod in hac sententia sic dicendum esse docuit olim Luissus Turrianus de *poenitentia disp. 12. dub. 3.* qui etiam docuit, eum qui haberit voluntatem occidendi infinitos homines, quod est impossibile, non teneri explicare eam circumstantiam, quia illa non est voluntas efficax, fumens ab effectu malitiam; sed simplex, & in hoc actu, & similibus, vnica tantum est malitia grauissima sumpta ab obiecto per modum vnus voluti, non ab effectu impossibili.

3. Illud etiam est notandum in peccatis, quorum malitia specifica consummatur interius, qualia sunt peccatum odij, specialis scandali, & similia, philosophandum esse, quantum est ex parte illorum peccatorum, sicuti philosophamur in simplici complacentia, etiam si sint actus efficaces: quotiescumque enim plura obiecta concipiuntur pro talibus actibus per modum vnus adaequati obiecti, est vnicum peccatum, quantum ad illud genus malitiae, quae consummatur

Sup. hoc iof. in Ref. 42. & in Ref. 164. Nota etiam. & in Ref. 155. §. In Ref. 43. & supra in Ref. 15. cur. sissime §. Et Emanuelem. & in Ref. 25 §. Hucusque & seq. & in Refol. 26. §. Haec obiectio ad medium, & supra in tr. 2. Ref. 5. breuiter in fine §. 1. & in to. 4. tr. 6. Ref. 116. §. vlt. & cursum cum Fagandez & Rodriguez tantum citatis in Ref. 1. & 3. huius not. in to. 4. tr. 8. Ref. 4. in fine, & in tom. 6. tr. 4. Ref. 61. §. 1. in fine.

matur interius: nihilominus quando sunt actus effica-

patet esse unum peccatum velle unico actu voluntatis

Primo, & in Ref. 23. §. 5. Et ideo, paulo post initium, & in Ref. 24. & in Ref. 26. Hæc obiectio in principio & in §. Circa ante & post medium.

RESOL. XXIX.

An, si quis vno continuato sermone in eadem re ter

Et notatur, quod si quis aliquem vno ira impetu ter,

Etiamsque aduertitur, quod si quis sine morali inter-

§. 1. Respondeo affirmatiue, quia in tali casu

Sup. hoc inf. in Ref. 149. §. vlt. in fine, & in Ref. 150.

2. Notandum est etiam hic obiter, quod si quis sine

Sup. hoc notato in §. vlt. posito in an. non vlt. huius Ref.

3. Respondeo negatiue, quia tunc quot sunt con-

* Sup. hoc pro Clerico supra in fine Ref. 21.

RESOL. XXX.

An quando quis profert unico actu conuitia in Deum,

Et aduertitur, quod in confessione non sunt ex-

§. 1. Respondeo negatiue, quia tunc quot sunt con-

Sup. hoc in Ref. 129. & supra in Ref. 25. §. 1. in fine, & superioribus in tr. 5. lege doctrina §. penult. & vlt. Ref. 53. & in to. 5. et. 8 Ref. 11. §. Nō assentio

Sup. hoc in Ref. praterita. §. vlt. & supra in Ref. 27. §. 1. & superius in tr. §. lege doctri- nam §. penult. & vlt. Ref. 53. & in som. §. 11. 8. ex Ref. 11. §. Non assen- tior.

Suprà in Ref. 18. Quæ hic est etiam su- præ Ref. 19. & in aliis positi- tis in anno. §. 2. & cum eodem Reginaldo hic citato.

autem in casu nostro; nam talis vnam blasphemiam profert tantum, licet sapius in Deum, vnico tamen actu, eodem tempore. Et ita docet Zanardus in *director. consciens. part. 2. precept. 1. c. 10.*

2. Vnde olim cum multis aliis Theologis excusauit quemdam piscatorem à reiteratione Confessionum, qui sapius conuitia horrenda, non tamen specie diuersa in Deum, si pisces non numeret, actu proferebat.

3. Adde, quod probabiliter etiam dici potest contra Zanardum, & Sanctarellum *tractat. de blasphemia c. 4. dub. 2. num. 5.* in confessione non esse exprimentanda, quæ verba contumeliosa fuerint in Deum, vel Sanctos prolata; nam omnes contumelias sunt eiusdem speciei, vt *suprà* probatum est, docet Reginaldus *tom. 2. lib. 2. c. 5. n. 102.* & alij, & omnes conveniunt in ratione formali, quæ est intentio auferendi alteri honorem: ergo, &c.

RESOL. XXXI.

An quis teneatur confiteri circumstantiam, seu diuersitatem blasphemiarum?

Et an blasphemia in Deum, & Sanctos non differant specie?

Et an, si tales blasphemias procedant ex odio Dei formali, vel contineant heresim, teneatur penitens explicare in confessione qualitatem blasphemias? Ex p. 1. tr. 7. Ref. 50.

Sup. contento in hac Ref. in seq. Ref.

§. 1. Affirmatiuè respondet Filiucius *tom. 2. tr. 2. §. c. 1. n. 26.* qui citat Suarez. Idem etiam docet Turrianus *in 2. 2. disp. 58. dub. 3.* Reginaldus *tom. 2. lib. 1. c. 1. n. 201.* Sanctarellus *tract. de heresi. c. 4. dub. 1. n. 4.* Sancius *disp. 6. q. 6.* Layman *in Theolog. mor. lib. 4. tract. 10. c. 6. n. 11.* Ledelina *in sum. tom. 2. tract. 1. c. 9. conclus. 5.* Lopez *in instruct. p. 1. cap. 28. 2. Bañez in 2. 2. q. 13. art. 10.* Aragonius *ibidem*, & alij.

Sup. hoc in Ref. seq.

2. Sed ego contrariam sententiam sustinendam esse iudico, quia blasphemias in Deum, & in Sanctos, non differunt specie, vt docet Lazarius *tract. de blasphem. q. 3. n. 51.* Caietanus *in sum. ver. blasphemias. Valentia tom. 3. disp. 1. q. 13. punct. 1.* Azorius *tom. 1. lib. 9. c. 28. q. 10.* & alij; ergo non sunt necessariò in confessione aperienda, nisi tales blasphemias procederent ex odio Dei formali, vel continerent heresim: scilicet autem his duobus casibus, in nullo alio tenetur penitens explicare qualitatem blasphemias. Et ita in terminis docet Gyptius *tract. de cas. reserv. c. 9. n. 37.* Homobonus *de cas. reserv. p. 2. c. 1. fol. mihi 236.* & Caietanus *in 2. 2. q. 13. art. 1. in fine.*

Super hoc ex doctrina eiusdem Ref.

3. Vnde apparet, me olim probabiliter respondisse, contra Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 2. c. 32. num. 39.* & Aragonium *in 2. 2. q. 13. art. 1.* quemdam Clericum potuisse reticere in Confessione, an eius blasphemias fuerint contra Beatam Virginem, an contra alios Sanctos.

RESOL. XXXII.

An omnes blasphemias sint eiusdem speciei?

Et an, si blasphemias sint hereticas, vel imprecatorie cum odio Dei habeant grauitatem exponendam in confessione? Ex part. 5. tractat. 13. & Misc. 1. Ref. 21.

Sup. omni contento in hac Ref. in praterita. §. per tota.

§. 1. Negatiuam sententiam docet nouissimè Hurtadus de Mendoza *in 2. 2. disputat. 91. sect. 12. §. 54.* quia blasphemias est peccatum propter contumeliam in Deum; sed contumelias differunt specie: ergo & voluntas de illis. Minor probatur, quia

mala quæ possumus Deo blasphemè adscribere, sunt diuersa specie. Vt enim apud omnes diuersa iniuria est aliquem appellare latronem, ac appellare incestuosum, & sodomiticum, & ebriolum; ita apud Deum, quia ea omnia mala, vt inter homines sunt contumelias distinctas, propter diuersam peccatorum turpitudinem, sic & cum coniciuntur in Deum. Vnde deducit Hurtadus in confessione explanandas esse hereticas blasphemias præ imprecatoriis; non solum ob oppositionem cum fidei confessione, sed quod intra blasphemias limites est diuersum conuictum, assertio rei turpis, ac imprecatio; & inter hereticas exponendæ sunt species contumeliarum, quæ iactæ sunt in Deum, & inter imprecatorias, quæ grauiora mala significant; item & quæ sunt in Deum simul, & Sanctos, quia habent duas malitias specie distinctas irreligionis, & irreuerentiæ in Sanctos, quia violatur Religio, & Dulia, & inter Sanctos exponenda est circumstantia in Virginem Matrem Dei, quia est contra Hyperduliam, quia hæc virtus aut specie differt à Dulia, aut habet grauitatem exponendam in confessione. Ita Hurtadus, probabiliter quidem,

2. Sed contra sententiam non minus probabilem esse puto, nisi blasphemias sit hereticas, vel imprecatorias cum odio Dei. Vide Faustum de Sacram. penit. lib. 4. q. 137. Cælestinum in *Comp. Theol. mor. tract. 1. c. 9. diff. 4.* Leonem & Corret. *Consej. tom. 1. recol. 1. n. 7.* Duallium in 2. 2. D. Th. tract. de fide q. 9. art. 2. in fine, & recognosce omnino me ipsam *in 1. part. tract. 7. resol. 50.*

RESOL. XXXIII.

An circumstantia Apostasie sit in confessione aperienda, vel sufficiat dicere in heresim lapsus sum?

Et an Apostasias differat specie ab heresi, vel an Apostasias debeat explicare ad quam sectam transierit? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 54.

§. 1. Effe hanc circumstantiam in confessione apeririendam, putat Ledelina *in sum. tom. 2. tract. 1. cap. 7. conclus. 3.* Aragon. *in 2. 2. q. 11. artic. 1. dub. 1. concl. 1.* Valentia *tom. 3. disp. 1. q. 11. punct. 1. diff. 1. & q. 10. punct. 3. ver. His ita.* Suarez de fide, *disp. 16. sect. 5. in fine*, cum alij. Imò Sanch. *in sum. lib. 2. c. 7. n. 17.* docet, apostasiam debere explicare, ad quam sectam transierit. Probatur hæc opinio: vel, quia apostasias differt specie ab heresi, vt tenet Suar. *loco cit.* Lorca *in 2. 2. q. 12. art. 1. disp. 50. n. 3.* Turrectemata *in sum. lib. 4. p. 2. c. 13.* Simanchas *de cathol. in st. tit. 7. n. 5.* Cansus *de locis Theol. 1. 2. c. 9.* vel quia circumstantia multum aggrauans: ergo, &c.

2. Sed ego puto, apostasiam non differre specie ab heresi, vt docet Bañez *in 2. 2. quest. 12. art. 1.* Valentia *tom. 3. disp. 1. q. 11. punct. 1. & q. 12. punct. 1.* Azorius *tom. 1. lib. 8. cap. 21. q. 3.* Caietanus *in 2. 2. q. 10. art. 1. & quest. 11. art. 1.* Castus *de iust. her. penit. lib. 1. c. 7.* Pegna *in director. p. 2. q. 49. comm. 74.* Sanchez *ubi supra, num. 16.* Zanardus *in direct. Theolog. Lorcam ubi supra, num. 1.* Zanardus *in direct. Theolog. p. 2. precept. 1. c. 8.* Ledelina *ubi supra*, idè asserto, circumstantiam apostasias, tanquam aggrauantem, non esse necessariò in confessione aperendam. Quòd verò apostasias non differat specie ab heresi, probatur; quia apostasias est discessio à tota fide; heresis autem à parte fidei: at magis, vel minus recedere ab eo, quod semel susceptum est, non mutat speciem; ergo apostasias non differat specie ab heresi; & idè apostasias, & hereticis eadem pœna imponitur: ergo, &c. Deinde, cum apostasias sit, qui omninò fidem deserit, si non esset hereticus, sequeretur multiplicando heresim

De Circumstantiis aggrau. Ref. XXXIV. 365

hæresim non augeri, sed potius minui, & omnino deficere speciem hæresis: quod etiam à Philosophia naturali alienum videtur, nam multiplicando calorem, non deficit calor; & à Philosophia morali, nam multiplicando furta, non deficit furtum: idè dicendum est, circumstantiam apostasiæ non esse in confessione aperendam.

confessione teneantur explicare mala volita, v.g. si fuerint circa facultates, vel circa personam, vel circa honorem, &c? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 30.

RESOL. XXXIV.

An qui peccatum hæresis, vel superstitionis commisit, teneatur explicare in confessione qualitatem superstitionis, vel hæresis? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 46.

§. 1. **R**espondeo negatiuè, quidquid in contrarium aliqui asserant: & ita docet Reginaldus in *praxi*, tom. 1. lib. 6. c. 4. n. 2. 14. vbi ita ait: [Cum diuersitas specifica peccatorum fuerit tantum in genere naturæ; tunc, quia malitia moralis in illis est eiusdem speciei, nihil est opus diuersitatem declarare: vt, si, v.g. quis peccauerit in diuinando, vel prolabendo in hæresi, satis est, si dicat: Toties peccavi peccato diuinationis, neque necesse est addere, semel per pyromantiam, iterum per hydromantiam, ac demum per necromantiam. Item, Toties lapsus sum in hæresim, nec necesse est dicere, Semel lapsus sum in hæresim Lutheranam, iterum in Calvinianam, &c. quia in talibus non est diuersitas specifica moralis, sed tantum physica.] Ita ille. Et ante illum doctissimus Sotus in *4. sentent. dist. 18. q. 2. art. 4. concl. 6.* quidquid, vt diximus, in contrarium asserant aliqui, vt Sanchez in *summa*, tom. 1. lib. 2. c. 3. 1. num. 39. Valentia tom. 3. *disp. 1. q. 10. punct. 3.* & alij.

RESOL. XXXV.

An diuinationes differant specie, & sint in confessione aperienda?

Et an, si quis per expressum pactum cum Dæmone diuinaret, id esset exprimendum in confessione? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 66.

§. 1. **R**espondeo negatiuè, vt alibi sæpius supra diximus: quia non sunt species omnino diuersæ in genere moris. Vnde non est necesse confiteri, an diuinatione fuerit in inspectionem auium, lineamentorum, &c.

2. Verum est, quod Syluius in *D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 3.* putat, quod si per expressum pactum cum Dæmone quisquam diuinaret, id esset exprimendum in confessione: quia, licet eiusmodi diuinatione non differat specie à reliquis, habet tamen circumstantiam notabiliter aggrauantem: multò enim grauius est, Dæmones expressè invocare, quàm aliqua facere, quibus signum sit, vt se Dæmones ingerant. Ita Syluius. Sed tu contrarium tene: quia circumstantiæ aggrauantes, vt dictum est, non sunt necessariò in confessione aperienda: ergo, &c. Et hæc dicta sufficiant circa præsentem Tractatum de circumstantiis aggrauantibus. Quæ quidem, vt dixi, non sunt necessariò in confessione aperienda, licet laudabiliter quis faceret, si illas aperiret, nam hoc conferret ad meritum, & ad emendationem propter verecundiam. Sed nolo imponere onus, vbi non adest.

RESOL. XXXVI.

An peccatum odij aduersus proximum non sit peccatum vnus speciei, sed plurimum, ita vt penitentes in Tom. 1.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet P. Suar. *tr. de char. disp. 6. sect. 2. n. 2. & 3.* & Syluius in *2. 2. q. 34. art. 6. queritur 2.* Et probatur, nam afficere proximum iniuria in vita, vel in fama, sunt peccata specie diuersa contra iustitiam, propter materiæ diuersitatem: ergo pari modo efficient diuersitatem in odio. Denique, quod ad mores spectat, (subiungit Suarez,) non dubito, quin talis diuersitas sit aperienda in confessione. Et sic, stante ista opinione, quando Penitens confitetur, se odisse fratrem, deberet Confessarius interrogare, quoniam genere odij: v.g. an malum volitum fuerit circa honorem; vel famam seu vitam, &c?

2. Sed contraria opinio probabilis etiam mihi videtur, quam docet Bonac. in *tr. de leg. disp. 3. q. 4. punct. vlt. §. 1. n. 10.* & Ledelma in *sum. tom. 2. tr. 3. c. 6. concl. 8. fol. mibi 62.* vbi ait: *El aborrecimiento del proximo, siempre es peccado de vna misma especie, aunque el hombre desee varios, y diversos males al proximo, como son matarle, y quitarle la hacienda. Porque siempre dessea estos males de baxo de vna misma razon, que es el aborrecimiento del proximo.* Igitur, secundum hanc opinionem, sufficit, vt penitens dicat, se toties odisse proximum; & non opus est explicare, an illud odium versaretur circa famam, diuitias, & personam; quia non videtur eadem ratio odij, & aliorum peccatorum, quorum obiectum materiale explicandum est in confessione; nam odium in suo esse non solum specifico, verum etiam individuali, constituitur potius ex motiuo, quam ex obiecto materiali, cum idcirco velimus alicui graue malum, quia nobis displicet, &c. Ad argumentum Suarez respondetur, quod licet illa mala volita differant specie, tamen in nostro casu optantur sub vna, eademque ratione formali, quæ est odium proximi. Circa præsentem materiam vide Lorcam in *2. 2. q. 34. a. 3. n. 3.* Turr. in *2. 2. disp. 91. dub. 1. in fin.* & alios. Inuenies plura in *tertia huius Operis parte, tr. 4. de Sacr. * ref. 67.*

Sup. hoc sup. in fine §. Sed licet Ref. 18. & in §. not. seq.

** Que hic est infr. Ref. 105. §. in Ref. 30.*

RESOL. XXXVII.

An iactantia de peccato mortali sit in confessione explicanda, species peccati, & circumstantia?

Et quid, si iactans complacet se de illo peccato?

Et recitanter aduertitur, quod licet verba contumeliosa sint diuersæ speciei, eo quod per illa obijciantur proximi defectus speciei diuersæ, non tamen sunt peccata mortalia contumelia specie distincta. Ex part. 3. tr. 4. Ref. 160. aliàs 161.

§. 1. **P**ercussit quis, v.g. clericum, & de hoc postea iactatur; queritur an sit confitenda circumstantia Clericatus, vel si quis iactauit se de peccato cum coniugata, teneatur fateri circumstantiam coniugij, sed an sufficiat se accusare toties se iactasse de peccato mortali? Fatendum esse in tali casu speciem ac circumstantiam peccati tenet Sanchez in *summa*, tom. 1. lib. 1. c. 1. n. 13. vbi citat Lopez, & Rodriguez; sed isti loquuntur quando iactans complacet se de illo peccato, & tunc non est dubium esse fatendam speciem, & circumstantiam peccati.

2. Igitur magis probabiliter contra Sanchez puto cum Nauarro penes ipsum, in tali casu sufficere, si penitens se accuset de peccato iactantiæ in re mortaliter peccaminosa. Et ratio est, quia deformitas mortalis in hoc peccato iactantiæ, sumitur ex eo quod tanquam medium ad humanam gloriam comparan-

Sup. hoc in duabus Ref. seq. & infra in Ref. 106. §. Nota vero, & seq.

dam assumitur offensa rei mortalis. Sed hæc ratio offensa mortalis eiusdem rationis est in omnibus mortalibus; quod verò sit hoc, vel illud peccatum mortale, materialiter se habet. Ergo, &c. Et ideo, vt alibi firmavimus, licet verba contumeliosa sint diversæ speciei; eo quòd per illa obiciantur proximo defectus speciei diversæ, non tamen sunt peccata mortalia contumeliæ specie distincta; quia in tantum contumelia est peccatum mortale, in quantum assumitur, vt instrumentum, seu medium ad honorem proximi lædendum, quòd verò sint hæc, vel illa verba contumeliosa, materialiter se habet.

Alibi supra
in Ref. 19 §.
2 à lin. 3 & n
aliis eius not.

RESOL. XXXVIII.

An iactantia de aliquo peccato eandem habeat malitiam, ac ipsum peccatum, ita vt in confessione reneatur explicare peccatum, de quo iactantia fuit?

Et notatur, quòd si de dexteritate, ingenio, virilitate in committendo peccato iacteris, non esse mortale, si audientes intelligant te in peccato non complacere, neque de illo laudari, sed solum de modo, qui in committendo adfuit.

Etiamsque aduertitur, quòd si alius te de peccato laudet, & tu laudes acceptes, mortaliter peccas, nisi tibi displiceret, & præ verecundia taceres, nisi talis esses, vt tacendo stantibus scandalum præberes. Ex part. 4. tr. 4 & Misc. Ref. 44.

* Alibi in
Ref. præterita,
& in Ref. seq. & infra
in Ref. 106 §.
Nota verò, &
leg.

§. 1. **S**i iactantia non sit cum gaudio de peccato commisso, negativam sententiam * alibi cum Navarro docui. Sed seio hanc sententiam cuidam viro docto displicuisse, immerito quidem, vnde illam iterum doceo cum Castro Palao in opere morali tom. 1. tract. 2. disp. 2. punct. 1. n. 5. vbi sic asserit: Si gaudium excludas, & solum peccatum iactantia committas, existimò probabilis non variari eius malitiam ex varietate peccati circa quod versatur, ac proinde te non esse obligatum declarare peccatum cuius fuit iactantia, sed sufficienter satisfacere, dicendo te de mortali culpa iactasse. Probo, quia tota iactantia malitia consistit in captanda gloria & honore ex malefactis; quòd verò malefacta sint latrocinia, homicidia, aut fornicationes, materiale quid est, & per accidens ad iactantiam malitiam, sicuti ad violationem voti, & iuramenti materiale quid est, quòd violatio sit in castitate, vel paupertate. Ita ille, & ego, quod est valde notandum.

2. Notandum est etiam hic obiter cum Lessio lib. 2. cap. 47. dub. 6. num. 42. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 3. num. 4. & aliis, quòd si de dexteritate, ingenio, virilitate, in committendo peccato iacteris, non esse mortale, si audientes intelligant te in peccato non complacere, neque de illo laudari, sed solum de modo, qui in committendo adfuit, & ideo in tali casu debes animum tuum manifestare.

3. Nota etiam quòd si alius te de peccato laudet, & tu laudes acceptes mortaliter peccas, nisi tibi displiceret, & præ verecundia taceres, nam in tali casu existimat Sanchez loco citato, te non peccare mortaliter, nisi talis esses, vt tacendo stantibus scandalum præberes; verum hoc non placet Castro Palao, putat enim semper necessarium esse in tali casu, vt aliquo modo displicentia exterioris manifestetur; sed vtraque opinio est probabilis.

RESOL. XXXIX.

An qui se iactat, vel laudat de peccato reneatur in confessione aperire speciem peccati? Ex part. 1. tr. 7. & Misc. 7. Ref. 36.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam nominatione contra me tenet novissimè Ioannes Pontius in c. 7. Theol. disp. 46. quest. 7. concl. 2. n. 74. vbi sic ait: Dico, quòd quando aliquis iactat se de peccato commisso, (quando autem sit cum tali complacentia, aut gaudio, omnes concedunt debere speciem peccati significari) explicandam esse speciem peccati. Hanc resolutionem tenet noster Rodriquez, Sanchez, & probabilem asserit Cardinalis de Lugo, quamvis videatur præferre oppositam, quam tenet cum Navarro, & aliis Diana.

2. Probatur autem, quia illa ipsa virtus, quæ prohibet peccatum, videtur prohibere ex terminis iactantiam de illo commisso, & qui iactat de illo videtur approbare factum, & quòd vellet iterum illud facere, quòd per se videtur malum; & quidem malitia diversæ speciei, iuxta diversitatem specificam peccatorum.

3. Confirmatur ad hominem contra Cardinalem de Lugo, quia ipse n. 273. ait, aliquando in peccato iactantia debere explicari speciem peccati, quando scilicet iactatio afferret secum irreverentiam grauem, non solum contra Deum, sed contra personam creatam, nempe Principem: quia si quis contumelia afficeret Principem, & postea iactaret de ea, eo ipso novam iniuriam inferret ipsi, & consequenter deberet explicare speciem contumeliæ de qua se iactaret: sed non magis novam iniuriam inferret Principi, iactando se de contumelia ipsi facta, quam novam iniuriam faceret Deo, iactando se de peccato, & quidem iniuriam diversæ speciei, iuxta diversitatem specificam peccati: ergo si in casu hoc, proposito à Lugo, debet explicari species peccati: iam dicendum de omni iactantia.

4. Obiicies pro aduersariis: tota malitia peccati iactantia consistit in hoc, quòd peccatum accipitur, vt medium, ad capiendam ex ipso gloria, & laudem apud homines: ad hoc autem per accidens est quòd sit hoc, vel illud peccatum, quia solum attendi debet ad irreverentiam, quæ per iactantiam inferretur Deo; sicut quando quis violat votum, perinde est quo peccato violatur, quia spectatur tantum ad irreverentiam factam Deo, mediante violatione voti.

5. Respondeo, negando minorem, quia ex eo quòd fiat de tali peccato, apparet specialis turpitudine in ipsa opposita virtuti, cui opponitur peccatum.

6. Posset etiam negari maior, quia per hoc, quòd explicat tale peccatum, significatur contemptus, seu parvipensio virtutis, cui opponitur, quòd apparet esse ex se malum malitia proportionata tali virtuti. Hucvique Pontius.

7. Sed licet hæc opinio sit probabilis, non minus probabilem negativam esse puto, quam docui, & nunc iterum doceo cum Tamburino apud sent. de confess. lib. secundo, capit. septimo, §. 3. numero decimo, vbi docet, non solum prædictas species non necessarium esse declarandas; sed probabile esse, sufficere si dicas, toties iactavi me de peccato mortali, seu de obiecto mortaliter peccaminoso. Ratio est, quia tota malitia quanta est iactantia consistit in eo, quòd offensa Dei eligatur, vt medium ad captandam gloriam apud homines, quæ magna est Dei irreverentia, id quòd aequè in omnibus mortalibus inuenitur, vel si quid aggravat peccatum, non videtur eiusmodi malitiam in aliam speciem transferre.

8. Et ita hanc sententiam, me citato, tenet etiam Leander de Sacramento, tom. 1. tract. 5. disputat. 8. §. tertio, questione 12. & Ioannes de Soria in Epitome summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 6. §. circa circumscriptionem. Immo contra Pontium non desunt hic apponere verba doctissimi Patris Castri Palai tom. 1.

§om. 1. tract. 2. disp. 2. punct. 1. n. 5. ubi sic ait: Inquirens in iactantia eiusdem sit specificæ malitiæ cum peccato, de quo iactas, ac proinde in confessione tenearis dicere, & declarare peccatum, de quo fuit iactantia, si fuit, inquam, iactantia de furto, vel de fornicatione.

9. Affirmat Sanchez illo cap. 3. numer. 13. Mouetur, quia virtus non solum prohibet peccatum sibi formaliter contrarium; sed etiam delectationem, & iactantiam de illo. Quæ sententia vera omnino est, si iactantia sit cum gaudio de peccato commisso: at si gaudium excludas, & solum peccatum iactantiæ committas, existimo probabilius non variari eius malitiam ex varietate peccati circa quod versatur; ac proinde te non esse obligatum declarare peccatum, cuius fuit iactantia, sed sufficenter satisfacere dicendo, te de mortali culpa iactasse. Probo, quia tota iactantiæ malitia consistit in captanda gloria, & honore ex malefactis, quod verò malè facta sint atrocissima, homicidia, aut fornicationes, materiale quid est, & per accidens ad iactantiæ malitiam; sicut ad violationem voti, & iuramenti, materiale quid est, quod violatio sit in castitate, vel in paupertate. Ita tenet expressè Nauarrus Summ. prælud. 9. n. 4. Neque verum est quamlibet virtutem prohibere iactantiam de peccato sibi contrario, sicut prohibet, delectationem, gaudium, & desiderium illius, quia iactantia de peccato quodcumque sit, per se prohibetur à virtute humilitatis: est enim iactantia filia superbiæ, seu inanis gloriæ, vt dixit Gregor. lib. 3. 1. moral. cap. 31. & Dignus Thomas communiter receptus 2. 2. quest. 132. artic. 4. Ac proinde humilitati contraria, ac delectatio, gaudium, & desiderium de peccato solum ab ea virtute prohibetur, qua prohibetur ipsum peccatum.

RESOL. XL.

An si Sacerdos in Missa Eucharistiam ab aliis consecratam in peccato mortali multis ministrat, debeat hanc circumstantiam explicare?

Et an saltem fraudo in opinione affirmatiua, sufficiat, si se accuset Eucharistiam administrasse in peccato mortali, sine expressione, & numero personarum, quas communicauit? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 4. 1.

Negatiuè respondeo: quia in tali casu reperitur tantum vnicum peccatum mortale in genere moris, absque iniuria proximi: sicut, v.g. si aliquis * vna asperione Baptismi, aut vna absolutione baptizaret, seu absolueret simul multos. Et ita docet Tannerus in 2. 2. disp. 4. q. 2. dub. 4. n. 56. Henríquez lib. 5. c. 5. n. 6. & alij.

2. Imò, vt in tract. de celebrat. Missarum, diximus, est probabilis illa sententia, quæ docet, Sacerdotem, in peccato mortali aliis sacram Eucharistiam ministrantem, non peccare mortaliter, vt docet Vasquez in 3. p. tom. 2. disp. 136. c. 3. n. 38. Ioan. de la Cruz in director. Confes. p. 2. q. 4. dub. 3. concl. 1. & alij. Quidquid in contrarium asserat Filliucius tom. 1. tract. 4. c. 9. num. 271. Coninch. de Sacram. q. 64. art. 6. dub. 1. num. 35. Valentia tom. 4. disp. 9. q. 10. punct. 1. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 4. dub. 14. n. & alij.

3. Itaque in tali casu non est necesse, vt Sacerdos se accuset de tali administratione Eucharistiæ in peccato mortali. Vel, si hanc opinionem non vis tenere dic, quod sufficit, vt se accuset Eucharistiam administrasse in peccato mortali, sine expressione, & numero personarum, quas communicauit.

4. Vnde apparet, me olim probabiliter respondi-

se, quendam Parochum Eucharistiam infirmis per ciuitatem ministrantem cum peccato mortali, mortaliter non peccasse: quia, qui ministrat Eucharistiam consecratam, non est minister Dei ad iustificacionem proximè, sicut in aliis Sacramentis; sed tantum est veluti applicans actiua passiuus. In aliis autem Sacramentis Sacerdos simul conficit, & ministrat Sacramentum; non autem in hoc: non enim est idem conficere, & aliis ministrare. Cætera Sacramenta in actione, & vsu consistunt: Sacramentum verò Eucharistiæ post consecrationem permanet. Ergo, &c.

RESOL. XLI.

An qui cum conscientia mortalis peccati ministrat excellentius Sacramentum debeat dictum Sacramentum explicare?

Et an hoc intelligatur de aliis Sacramentis excepta Eucharistia?

Et quid, quando Minister esset in aliquo grauissimo, & extraordinario peccato, aut si sit multis, & grauibus peccatis irretitus? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 59.

§-1. Affirmatiuam sententiam docet Ioan. de la Cruz in director. conf. p. 2. de Sacramento in genere quest. 4. dub. 3. conclus. 3. & ante illum Ledelma in summa, tom. 1. de Sacramento in genere cap. 6. concl. 8.

2. Sed ego contrarium asserendum esse puto: licet enim in tali casu grauius peccetur; attamen in confessione sufficit dicere, se ministrasse Sacramentum in peccato mortali. Et idem etiam aduersus præfatos Doctores dicendum esse existimo quando minister esset in aliquo grauissimo, & extraordinario peccato, aut si sit multis & grauibus irretitus peccatis; non enim in tali casu speciem, & numerum peccatorum, cum quibus Sacramentum ministrat, opus est explicare; sed sufficit dicere se Sacramentum cum lethali peccato semel, vel toties ministrasse. Et hoc ego intelligo de aliis Sacramentis, excepta Eucharistia, nam, si quis Eucharistiam ministraret cum reatu peccati mortalis, puto non peccare mortaliter, vt alibi fusè in tract. de celebrat. Missar. cum Vasquez & aliis satis probatum est.

Sup. hoc in Ref. præterita, & signan- ter à §. Imo, & in multis aliis eius an- not.

Sup. hoc inf. in Ref. 163. 6. Quæro quin- to.

Alibi in Ref. præterita §. Imo, & in aliis eius not.

RESOL. XLII.

An qui in peccato mortali excepit confessiones multorum, non solum peccet mortaliter, sed teneatur hanc circumstantiam aperire?

Et an teneatur explicare numerum personarum, etiam si successiuè eos absoluat? Ex part. 1. tractat. 7. Ref. 43.

§. 1. Affirmatiuè respondent aliqui, & putant, talem debere explicare numerum personarum: quia tot peccata mortalia committit, quot personas absoluit. Ita Azorius p. 1. lib. 4. c. 4. q. 6. Suar. in 3. p. tom. 4. disp. 22. sect. 5. n. 55. & alij.

2. Hæc sententia est probabilis; sed contrariam etiam probabilem existimo ex dictis in superiori Resolutione; dum modò successiuè illos penitentes absoluat: est enim vnicum peccatum in genere moris; non autem si cum notabili interruptione nunc vnum, nunc alium absolueret. Idèò in casu nostro sufficit, vt dicat postea dictus Confessarius, quando confitetur: Administrauit Sacramentum penitentia in peccato mortali. Et hanc sententiam in terminis docet Rodriguez in sum. tom. 2. cap. 44. n. 3. Inuenies

Sup. hoc supra in Ref. 27. §. Nec & in aliis multis Ref. & §. eius annot.

Quæ hic est prima post. præteritam.

Quæ hic est
infra Ref.
165 §. in Ref.
43.

plura super hac materia in tertia huius Operis Parte
Tract. 4. de Sacram. Refol. 67.

RESOL. XLIII.

An Confessarius, qui incipit audire Confessionem in peccato mortali, sed postea ante absolutionem elicit actum contritionis, teneatur postea, quando confitetur, explicare se incepisse illam confessionem in statu peccati mortalis? Ex part. 1. tract. 7. Ref. 47.

Sup. hac doctrina lege supra in tr. 1. ex Ref. 11. §. 2. prope finem, vers. Notat etiam, & recitantur in alio §. eius not. & in no. 4. tr. 8. Ref. 44. à lin. 2.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Possueinus de offic. Curati, cap. 45. numer. 41. qui citat Suarez in 3. part. disp. 28. sect. 1. num. 2.

2. Et hæc opinio est satis probabilis: sed contrariam probabilem etiam esse existimo. Dico igitur, Confessarium licet sit in peccato mortali, dum à principio audit Confessionem, non peccare mortaliter, si habeat propositum penitendi, antequam absoluat. Et ita docet Henriquez lib. 6. cap. 18. num. 6. in Glossa, littera P. Et ratio est: quia tunc Sacerdos peccat mortaliter, quando administrat Sacramentum in peccato mortali: sed in tali casu, quando Sacerdos conficit Sacramentum, iam per actum contritionis elicitum est in gratia: ergo, &c.

RESOL. XLIV.

Quidam Confessarius ex negligentia culpabilis non interrogauit penitentem de circumstantia necessaria ad confessionis integritatem: quaritur, an teneatur monere penitentem de defectu commisso? Et quid, si defectus huiusmodi esset coniunctus cum damno tertij, vel ipsius penitentis? Et notatur pro consolatione Confessariorum, quod omittere aliquam interrogationem necessariam per inadvertentiam aut oblivionem non erit peccatum mortale? Ex part. 2. tractat. 15. & Miscell. 1. Refol. 7.

Quoad hoc infra in tr. 8. lege laudat doctrinam Ref. 53. 44. §. 56 & signanter supra in tr. 4. ex Ref. 1 §. sed hæc, à medio, vers. notat autem sed lege predictam §. per rorum, & si placet, vide totam Ref. & alias Ref. & §. eius not. & non pigebit.

§. 1. **R**espondeo Antonium Fernandez in Exam. Theol. moral. p. 4. c. 5. §. 11. n. 3. affirmatiuam sententiam docere, putat enim hunc defectum esse virgentem causam, obligantem confessarium ad peccandam à confidente facultatem, vt illum moneat de re necessaria circa factam confessionem. Ac proinde si monitio absque scandalo fieri potest, tenetur talis confessarius penitentem monere, dummodo illi non adueniat graue detrimentum.

2. Sed Vincentius Filliucius ex Societate Iesu, in suis eruditissimis quæstionibus moralibus, quas nuper edidit, tom. 1. tr. 3. cap. 12. qu. 374. & ibid. in instructione pro confessionibus excipiendis, c. 4. contrarium docet. Et enim confessarius, duplici de causa potest male absolueret. Primò, quia inualidè, non habendo intentionem, vel iurisdictionem, vel cum alio defectu, circa ipsam substantiam confessionis. Secundò, quia cum peccato, sed validè. In primo casu tenetur confessarius, prout supra ait Fernandez, & communiter Doctores, petere licentiam, & admonere penitentem. In secundò casu, regulariter ad nihil tenetur; præterquam ad dolorem de peccato facto. Ratio est, quia penitens non tenetur illam confessionem iterare, sed ad summum explicare circumstantiam illam, quando rescuerit se ad id fuisse obligatum. Hæc ille. Quam sententiam limitat nisi defectus eiusmodi esset coniunctus cum damno tertij, vt quia penitens retinebat alienum; tunc tenetur Sacerdos eum reuo-

care, & admonere, quando positivè contrarium dixisset, nempe eum non teneri ad restitutionem: quando autem tantum tacuisset, non teneretur; sed de hoc alibi.

3. Ex hac sententia Filliucij apparet, tunc confessarium teneri admonere penitentem, quando defectus veratur circa substantiam, & validitatem Sacramenti, non est in præiudicium tertij, vel ipsius penitentis, relinquendo illum, videlicet in occasione proxima peccandi; secus autem si absolutio fuit valida, sed ob ignorantiam cum peccato à confessario collata, non faciendò videlicet explicare aliquam circumstantiam necessariam, vel numerum peccatorum, nam in hoc casu sufficit, ait Filliucius, confessarium penitere. Et ita etiam tenet Nugn. in addit. ad 3. part. to. 2. quæst. 8. art. 3. dub. 5. fol. mibi 275. & Reginaldus to. 1. lib. 8. cap. 3. sect. 2. num. 31.

4. Notandum est tamen, pro consolatione confessariorum, quòd omittere aliquam interrogationem necessariam per inadvertentiam, aut oblivionem, non erit peccatum mortale, vt ex Navarro docet Bañes & Valerius in differentis viris que fori, vers. Index, diff. 6. num. 4. Sed circa præsentem quæstionem vide Valq. in 3. p. 20. 4. q. 9. 3. n. 3. dub. 8. Bonacini de Sacram. disp. 3. q. 7. punct. 6. n. 2. Suarez in 3. p. to. 4. disp. 32. sect. 6. Franciscum Ortiz, in sum. c. 24. n. 8. Onuphium opuse. de sigillo, sect. 4. q. 5. §. sequitur secundo. Sotum de reg. & deteg. sacram. membr. 3. q. 4. Nau. c. 26. n. 14. Reginald. ubi supra, & alios.

RESOL. XLV.

An Confessarius, qui statim post confessionem sollicitauit penitentem, & rem habuit cum illa, teneatur hanc circumstantiam confiteri? Et quid, si tale peccatum committitur unico die post confessionem, vel proxime ante illam? Ex part. 4. tr. 5. Ref. 34.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Petrus de Ohagea in tract. 2. de Confess. sacram. quæst. 14. n. 14. ubi sic ait: Si forte contingat aliquem Confessarium committere peccatum luxuriae cum aliqua penitente in ipsa confessione, vel proxime ad illam, talis circumstantia esset explicanda in confessione, quia mutat speciem propter iniuriam, & irreuerentiam contra sacramentum Penitentiae commissam. Cum vero tale peccatum committitur unico die post confessionem, non habet eam specialem deformitatem necessariò confitentiam, tum quia non dicitur proximè ad confessionem, tum quia ex confessione minimè contrahitur cognatio spiritualis perpetuò duratura, sicut nascitur ex Baptismi sacramento. Ita ille, & Ludovicus de San Iuan in luce Confess. quæst. 5. de sacram. Penit. art. 12. difficult. 5. & nouissimè doctus Hurtado de sacram. Penitent. disp. 9. diff. 4. §. Quid, in fine.

RESOL. XLVI.

Consultus sum sæpissime, An Confessarius, qui carnaliter penitentem cognouit, teneatur in confessione exprimere hanc circumstantiam: vel an sufficiat tantum dicere se copulam cum coniugata, vel filiam habuisse? Ex part. 2. tractat. 17. & Miscell. 3. Ref. 11.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuam sententiam tenuisse Armillam ver. circumstantia, n. 13. Vivaldum in suo Candelabro 3. p. 1. de confess. n. 50 Lopez p. 1. infra.

Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 55. n. 4. Egidium de Coninch de Sacram. tom. 2. disp. 32. dub. 2. n. 23. Nuguez in addit. ad 3. part. q. 9. art. 2. dub. 3. Et probant, quia talis copula singulariter repugnat reuerentia, tam ipsi sacramento, quam Confessario debita, qui est quasi spiritualis pater ipsius poenitentis; unde in cap. omnis 30. quæst. 1. dicitur: Omnes quos in poenitentia suscipimus, ita nostri sunt spirituales filij, vt & ipsi, quos vel nobis suscipientibus, vel sub trinae meritionis vocabulo mergentibus, vnda sacri baptismatis regenerat. Vbi vides, esse nostras spirituales filias, non solum quas baptizamus, sed etiam quas in confessione abluimus. Ergo, &c.

2. Sed licet hæc opinio sit probabilis, tamen contraria semper mihi vasa est probabilior. Ratio est, quia incestus committitur inter cognatos, sed sacramentum poenitentia non inducit cognationem spirituales, cum in nullo iure expressa reperitur, vnde illud cap. omnes, citatum intelligitur de incestu metaphorico, & improprio; ergo peccatum commissum cum poenitente, non habet malitiam incestus, necessarium in confessione explicandam. Probat utrum hoc ex cap. fin. de cognatione spirituali in 6. vbi decernitur cognationem hanc oriri ex Baptismo, & Confirmatione, & postea subditur. Ex datione vero aliorum sacramentorum cognatio spiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediatur; vel dissoluit. Et sic hanc opinionem tuerent Azorius part. 3. lib. 3. cap. 9. quæst. 5. & 9. Emmanuel Sà verb. confessio, num. 26. & verb. luxuria num. 2. Bonacina de matrimonio, quæst. 4. punct. 16. n. 7. & de Sacramento, disp. 5. quæst. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. n. 9. Petrus de Ledesma de matrimo. quæst. 56. artic. 2. dub. vltim. & alij quos citat, & sequitur Sancius, in select. disp. 11. non. 5. adde etiam quod Vega in summa, to. 1. cap. 55. cas. 19. & Rodriguez tom. 1. cap. 209. num. 1. asserunt hanc esse solum circumstantiam aggrauantem. Sed secundum nostram opinionem, circumstantia aggrauantes non sunt necessarii in confessione aperiendæ; ergo neque ista erit, etiam aperienda. Et sic patet responso ad quæsitum; de quo etiam supr. in Tract. de circumstantiis.

RESOL. XLVII.

An Confessarius, qui carnaliter cognouit poenitentem, teneatur dictam circumstantiam in confessione explicare? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 1. 2.

1. Affirmatiue respondet Homobonus de exam. Eccles. p. 1. tr. 5. c. 12. q. 75. Ragueius in Lucerna Parochorum de Sacram. Poenit. 43. Acugna tract. de Confess. sollicit. q. 5. n. 53. Nuguez in addit. ad 3. part. q. 9. art. 2. dub. 3. in fin. Sanchez de matrim. to. 2. lib. 7. disp. 55. n. 4. Coninch de Sacram. disp. 31. dub. 2. n. 23. Megala in 1. p. lib. 5. cap. 12. n. 16. Zanard in diuersis Theol. p. 1. de Sac. Poenit. c. 18. in circumst. Quis. & nouissimè Fagundez de Precept. Eccl. tract. 2. lib. 4. cap. 3. n. 33. & alij; quia hæc circumstantia mutat speciem peccati; est enim speciale sacrilegium ratione vinculi, similis cognationi spirituali ex Sacramento contractæ.

2. Sed contrariam sententiam puto esse probabiliorum; quia, vt notat Vasq. in 3. p. to. 4. q. 91. art. 1. dub. 2. n. 20. Rodriq. in sum. t. 1. c. 209. n. 1. Vega in su. to. 1. c. 35. cas. 19. & alij, hæc circumstantia non mutat speciem sed notabiliter tantum aggrauat peccatum. Et ita ut terminis hanc sententiam docet Pontius tr. de impedim. matrim. causa 30. c. 24. §. 2. verb. atque hæc Sancius in pract. disp. 11. n. 3. & seq. Azor. p. 3. lib. 3.

c. 9. q. 5. & nouissimè Fay in addit. ad 3. p. q. 9. art. 2. disp. 8. concl. 2. Bonac. de matr. q. 4. punct. 16. n. 7. cum aliis penes ipsos. Et hanc opinionem probabilem putat Portell in addit. ad dub. regul. verb. eligendam. 3. & Ledesma in sum. to. 1. de Poenit. cap. 19. concl. 6.

3. Notandum est verò, quod Filliuc. to. 1. tract. 10. cap. 5. n. 187. resoluit hanc quæstionem cum distinctione. Aut enim ait, actu mulier est poenitens Sacerdotis, cui ordinariè confiteatur; aut non est actu poenitens, sed olim fuit: in primo casu putat, talem circumstantiam esse in confessione aperiendam; in secundo casu minime.

4. Sed tu probabiliter tene absolute dictam circumstantiam nunquam esse necessariam in Confessione explicandam; quia, vt diximus, dicta circumstantia est solum aggrauans, & non mutat speciem; quia Sacramentum Poenitentia non inducit proprie cognationem spirituales, cum in nullo iure expressa reperitur. Et c. omnes, 3. q. 2. intelligitur de incestu metaphorico, & improprio, licet Confessarius dicatur Pater spiritualis, Et hoc etiam docet Filliucius to. 2. tr. 30. c. 5. n. 105.

RESOL. XLVIII.

An in opinione, quam supra in Resolutione 12. refutauimus, quod Confessarius, obligetur confiteri circumstantiam culpa cum filia confessionis, teneatur etiam id facere, si cum viro filio Confessionis accubaret?

Quæ hic est Ref. antecedens.

Et notatur, quod stando in opinione, quod Confessarius teneatur confiteri circumstantiam copula cum filia spirituali, non teneatur tamen confiteri circumstantiam tactus, aut pollutionis habitæ inter femina femora.

Etiæque aduertitur ante Bullam Greg. XV. Confessarios sollicitantes viros in confessione non esse denunciandos: Ex part. 1. tr. 7. Ref. 56.

1. Affirmatiuam sententiam docet Sancius disp. 11. n. 12. quia, etsi iura de commistione cum foeminis de Confessionis filiabus solum loquantur; eadem omnino ratio procedit respectu virorum poenitentia filiorum; & eadem irrogatur iniuria Sacramento; & ideo asserit Sancius, quod in Bulla contra sollicitantes foeminas in Confessione, includitur etiam sollicitatio virorum.

Sup. hoc breuiter, & recitatiue in Ref. seq. §. Quod vero, in fine.

2. Hæc sententia est probabilis; sed non minus probabilem, & tutam in praxi contrariam existimo. Et contra Sancium tenet hanc sententiam Basilius Poncius in tr. de impedim. matr. causa 30. cap. 24. §. 2. vers. Atque hæc & Acugna tract. de Confess. sollicit. q. 5. n. 53. in fin. & Peirinus super priuil. Minor. tom. 2. Const. 4. Greg. XV. §. 5. n. 18. quia canones prohibentes, de foeminis tantum loquuntur, vt c. fin. ibi, cum mulieribus. & c. omnes. ibi, ad suam poenitentialem accedat.

3. Ad argumentum Sancij respondeo, multos Doctores probabiliter docuisse, ante Bullam Greg. XV. Confessarios sollicitantes viros non fuisse denunciandos; quia Bulla Pauli V. & Clem. VIII. loquebatur tantum de Confessariis sollicitantibus foeminas. Ita Fagundez, Societatis IESV, de Precept. Eccles. tract. 2. lib. 4. c. 3. n. 31. Portell in addit. ad dubia regular. vers. sollicitare foeminas. Videnostrium Tra. de Denunciationibus, Resol. 12. vbi pro hac firmanda sententia, multas rationes inuenies. Notandum est etiam, quod stando in opinione, quod Confessarius teneatur confiteri circumstantiam copula cum filia spirituali, non teneatur confiteri circumstantiam tactus, aut pollutionis, habitæ inter foemina femora; quia ius canonicum solum commistionem numerat, in ordine ad irrogandam iniuriam Sacramento.

Quæ nunc inuenietur in tom. 5. tr. 9. Ref. 78. & in aliis eius primæ annot.

RESOL.

RESOL. XLIX.

An concubina possit confiteri cum Confessario concubinario?

Et an vero copula cum Confessario, vel penitente sit necessario in confessione aperienda?

Et quid, si de illa interrogatur à Confessario?

Et an Confessarius, qui peccata penitentis audit, & non absoluit, si postea cum ipsa, vel cum filio confessionis accubaret, vel è contra, contrahat circumstantiam aggravantem, vel mutantem speciem? Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 110.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè, in rigore loquendo imò vt obseruat Sanch. in *select. e. dis. Lugd. disp. 1. n. 16.* aliquando poterit esse expediens concubinarium Confessorem excipere confessionem suæ concubinæ, si expediret, scilicet femina apud alium Confessarium non infamari, vel quia vult foemina certis à peccato liberari, aut quia ille, qui rem habuit cum illa, scit meliùs conscientiam foeminae scrutari. Si tamen periculum interueniret noui consensu carnalis, aut defectus doloris, illicitum esset confessionem auscultare, vt docet Basil. de Leone *lib. 7. de matrim. c. 38. n. 3.* à quo discedo, quatenus ait huiusmodi periculum ferè semper reperiri, & ob id censet nunquam licere, nisi in rarissimo casu confessionem concubinæ excipere. Imò licet publicum sit Confessarium, & foeminam in concubinato vixisse, fas erit ipsius admittere confessionem, cum ex actione de se licita nullum possit offerri actiuum scandalum, dum alias quoque actio mali speciem non præferat. Vnde deceptus maximè fuit Fagundez *præcip. 2. lib. 4. cap. 3. num. 3.* arbitrans esse mortale Confessarium auscultare confessionem suæ concubinæ, eo quòd in *e. fin. 30. q. 1.* id dicat decerni. At non percepit textum, ibi namque solum præcipitur Confessarium non committere cum foemina, cuius confessionem audierat non verò præcipitur de conuerso, vt non auscultet confessionem eius, quam carnaliter cognouerit. Iamque illud decretum Calestini, quo deceptus fuit Fagundez, tenocatum est per Papam Bonifacium VIII. Et hæc omnia docet Sancius in *select. loco citato. vbi supra.*

Sup. hoc sup. in Ref. 47 & in aliis eius not.

2. Quòd verò circumstantia copulæ cum Confessario, vel penitente non sit necessariò in confessione aperienda, docuerat antea Sanchez, & me citato in *1. part. tract. 7. resol. 12.* docet etiam nouissimè *vbi supra n. 5.* & docet probabilem esse Hurtados de *matr. disp. 18. diffio. 1. n. 4.* Fagundez *præcip. 2. lib. 4. c. 3. n. 3.* & alij, est enim tantum circumstantia aggravans, quæ quidem contra Celayam in *4. sent. disp. 17. qu. 2.* non est necessariò confitenda, etiamsi de illa penitens interrogetur à Confessario, non enim habet ius Confessarius ad interrogandum de circumstantiis aggravantibus, vnde nulla ei irrogatur iniuria si occultentur. Hinc non est audiendus doctus Sousa de *Confess. sollicit. tract. 1. cap. 3. n. 15.* & 16. asserens Confessarium ordinarium habentem copulam cum confessionis filia, incurrere in circumstantiam mutantem speciem, non tamen Confessarium semel, vel iterum confessionem excipientem, eo quòd vinculum cognationis spiritualis non oriatur ex nuda ministratone Sacramenti, sed ex suscepta cura pro penitente. Verum optimè Sanchez *vbi supra n. 2. in fine,* refellit hanc sententiam, quia cura medendi penitenti ex prima confessione Confessario incumbit, nisi quòd vna cura continetur magis, quàm alia ergo, &c. * Et idem dicendum est si Confessarius cum filio confessionis præpostera. Venere accubaret, vel

* Sup. hoc magis late in Ref. præterea.

è contra, non enim tenerentur hanc circumstantiam aggravantem in confessione aperire. Vide me ipsum *vbi supra.*

3. Sed quæritur, an Confessarius, qui peccata penitentis audit, & non absoluit, si postea cum ipsa fornicetur, incurrat in hanc circumstantiam aggravantem? affirmatiuè respondet Sanchez *loco citato n. 7.* cum Freyta ad *Augnam tract. de Confess. sollicit. q. 13. n. 32.* & Grassius *tom. 1. lib. 4. de cognat. spirit. n. 20.* quia talis confessio sacramentalis est, nec reuelanda, ergo. Verùm partem negatiuam videtur tenere Henricus *lib. 1. c. 14. n. 8.* & Sotus in *4. disp. 42.* dum filiationem spiritualem abolutio si tribuunt, à qua reconciliatio, & filiatio ad Deum provenit, & secundum aliquos confessio, cæterique actus penitentis concurrunt, in sacramento Penitentia: solum vt materia, gratia verò solum per abolutionem causatur. Sed vt verum fatear, pro praxi in nostra sententia hæc questio parum refert nam si nos negamus Confessarium, qui abolutionem dedit penitenti, teneri hanc circumstantiam confiteri; Idem dicendum erit de Confessario, qui audit, & non absoluit, etiamsi in hoc casu hanc circumstantiam aggravantem incurret.

RESOL. L.

Verum in confessione aperienda sit circumstantia complicis, si ex hac nullum damnum sequatur complici præter infamiam apud Confessarium?

Et an etiam in articulo mortis possit quis licite talem circumstantiam confiteri? Ex part. 1. tractat. 7. Ref. 49.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Bonacina de *con. tract. disp. 2. q. 4. punct. 4. n. 2.* qui citat Suarez, Rebellium, Nauarrum, & alios, quibus ego addo Valquez in *3. p. tom. 4. q. 92. art. 2. dub. 3. n. 28.* Corninch de *Sacr. disp. 7. dub. 9. n. 89.* Reginaldum in *Praxi. 10. 1. lib. 6. c. 4. n. 156.* Henriquez *lib. 2. c. 9. n. 3.* Emmanuel Sa *verb. Confessio. n. 18.* Toletum *lib. 3. c. 8. n. 4.* Paludanum in *4. disp. 16. q. 3. art. 2.* Angelum *verb. Confessio. 1. §. 3.* Roellam *codem verb. n. 6.* Medinam *C. de Confessione, quest. de circumst. loci.* Nugentium *addit. ad 3. p. q. 9. a. 2. dub. 2.* & alios. Quia in Confessione nunquam datur vera ratio infamiae, & Confessarius id cognoscit sub sigillo Confessionis, quod perinde est, ac si non nouisset, vel sciret.

2. Hæc sententia est probabilis: sed probabilior contraria mihi videtur, quam docet nouissimè Villalobos in *sum. to. 1. tract. 9. dub. 38. n. 3.* & Petrus Fay in *addit. ad 3. part. q. 9. art. 2. disp. 9. concl. 1.* & ante illos Valentia *tom. 4. disp. 7. q. 11. punct. 1.* Nauarrus in *Manual. c. 7. n. 3.* & Caietanus *verb. Confessio. c. dicit. 3.* Armilla *verb. circumstantia. n. 11.* Lopez in *instru. p. 1. cap. 36.* & alij, quibus etiam adde Ioan. de la Cruz in *director. conscient. p. 2. de Sacram. Pœnit. q. 3. dub. 5. concl. 3.* vbi sic asserit: [Penitens non potest confiteri peccatum, aut circumstantiam manifestatiuum complicis, etiamsi ex hoc nullum damnum sequatur complici, præter infamiam apud Confessorem, qui illud tenetur celare sub sigillo confessionis. Nam præceptum non infamandi alterum fortius est præcepto integrandi Confessionem Nec reputatur ista leuis infamia, si alias Confessor non sciebat de complice, si-milia peccata. Ita ille.

3. Et hanc sententiam ita veram aliqui existimant, vt doceant, nec etiam in articulo mortis, posse quemquam licite talem circumstantiam confiteri. Et ita docet Medina in *sum. lib. 2. c. 4. §. 1.* Sotus in *4. disp. 48. q. 2. art. 5. ad 4.* Bañez in *2. 2. q. 33. dubit. 8. p. 1. §. 3. p.* & alij, licet cõtrariu probabilius cõsuet Ledesma *2. n. 9. 8.*

g. 8. art. 4. dub. 2. & q. 10. art. 1. dub. 7. Victoria in sum. §. 174. Petrus à Soto de Pœnit. lect. 11. & alij.
 4. Restat modo respondere ad argumenta contraria. Ad primum dico, quod si ex dicta manifestatione complicitas detrimendum non esset graue, posset poenitens etiam habita opportunitate alterius Confessarij, confiteri ei, qui in notitiam complicitas deuenturus creditur: sed hoc est absurdum: ergo, &c. Ad alterum verò, quòd Confessarij id noscitur sub sigillo, respondetur, quòd iudicium temerarium non redditur grauius, quia alteri fit manifestandum; sed ex hoc præcisè, quòd quis prauam formet de altero existimationem: ergo parum facit, quòd Sacerdos debeat subiciere circumstantiam complicitas explicatam. Non nego tamen, vt dixi, contrariam sententiam esse probabilem: nam, vt alijs diximus, probabilius sine scrupulo peccati mortalis potest quis manifestare vni, vel duobus amicis taciturnis delictum alterius occultum: ergo à fortiori potest quis complicitatem in confessione manifestare. Igitur elige, quam vis opinionem.

RESOL. LI.

An peccatum sit explicandum in confessione, non obstante quòd Confessarij cognoscat complicitatem: Ex part. 3. tr. 4. Ref. 64.

§. 1. Quando alius Confessarij adiri non potest, esse tale peccatum explicandum, etiam si Confessarij agnoscat complicitatem, docent Honorijus opusc. de sigillo confess. sect. 4. q. 7. dub. 3. Sanchez in selectis, disp. 8. n. 9. Pontius de matrim. l. 5. c. 18. n. 9. Coriolanus de casu. reser. part. 1. sect. 1. art. 8. n. 7. Regius in resol. cas. 36. n. 1. Layman. in Theol. mor. lib. 5. tract. 6. c. 8. n. 12. Malderus tract. de sigillo confess. l. 17. Ledesma in summa, tom. 1. c. 20. concl. 6. Lessius lib. 2. c. 1. dub. 11. & alij, quos citauit in resol. 49. tract. de circumstantiis aggrauantibus.

2. Sed alibi pro negatiua sententia plures Doctores magni nominis etiam adduxi, quibus nunc addo Pitagium in 4. sent. to. 2. disp. 21. quæst. 2. art. 8. concl. 1. & Fabrum de poenit. in 4. sent. 17. quæst. unica, disp. 24. c. 5. n. 97. vbi insurgit contra Suarez, & ad omnia argumenta, quæ ipse pro affirmatiua sententia adducit respondet. Mihi hæc secunda opinio probabilior videtur. Vide supradictam resol. vbi rationes pro vtraque opinione inuenies; ideo elige, quam velis.

RESOL. LII.

Qui manifestauit complicitatem in confessione, cum haberet copiam aduerti alium Confessarij, cui non erat notus complex; in alia vero confessione, cum scrupulum de hoc haberet, manifestauit Confessario, qui sacrilegam putauit primam confessionem: dum in ipsa poenitens peccauit mortaliter, manifestando peccatum occultum proximi sine necessitate, ideo reuertendam esse dicebat. Consultus ego de hac re ab ipsomet poenitente negatiue respondi.
 Ex quo deducitur, an sit peccatum mortale reuelare crimen oculi vni, vel duobus viris prudentibus, qui secreto retinebunt? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 2. Ref. 22.

§. 1. Relinquendo multas alias rationes, sciendum est, quòd magna est inter DD. controuersia an sit peccatum mortale reuelare crimen occultum vni, vel duobus viris prudentibus, qui secreto retinebunt; Partem negatiuam amplexi sunt Salouius, & Banez in 2. 2. quæst. 73. art. 2. ille con-

trou. 1. concl. 1. hic dub. 1. & alij apud Clauem Regiam lib. 11. cap. 6. num. 12. & Bonac. de contrait. disp. 2. quæst. 4. punct. 3. num. 2. & nouissime Ioan. Malderus in 2. 2. tract. 7. cap. 1. dub. 4. cum Alfonso de Vega in summa, tom. 2. cap. 8. cas. 12. & Ioann. Azorio tom. 3. lib. 5. cap. 9. quæst. 2. Probatur hæc opinio; nam, vt ait Malderus, si temerè de proximo iudices, iniuria est mortalis, non obstante quòd versetur in materia simili, in qua hæc detraçtio materiæ; ergo paritas hic à mortali non excusat. Confirmatur ex affinitate istorum peccatorum, quæ patet Iacobi 4. Qui detrahit fratrem, aut qui indicat fratrem, detrahit legi, & indicat legem. Sed ad hoc argumentum respondet Bonacina, negando consequentiam; & ratio disparitatis est, quia per iudicium temerarium fit alteri grauis iniuria, cum ex leuibus indicij imponatur illi crimen, quod potest esse falsum: imponere autem falsum crimen, est peccatum mortale. Quare aliud est manifestare viro taciturno verum crimen, aliud manifestare, vel imponere falsum crimen per detractionem, vel iudicium temerarium: primum excusatur à culpa, non autem secundum. Alia verò argumenta, pro hac firmanda opinione, videnda sunt apud citatos DD.

2. Sed mihi licet hæc opinio communis, & probabilior videatur, contrariam etiam tanquam probabilem amplectendam esse non dubito, etiam sine vlla limitatione, cum qua sequitur illam Lessius lib. 2. cap. 11. numer. 70. Dico igitur absolute, & sine restrictione, non esse peccatum mortale, reuelare crimen proximi vni, vel duobus quibus dicere perinde sit, ac si nulli diceretur; quia cum non adit periculum diuulgationis, hoc videtur esse leue detrimentum in fama. Sic Caietan. in 2. 2. q. 63. art. 2. dub. 1. Petri à Nauar. lib. 2. cap. 4. num. 334. & ex neotericis Societatis Iesu, Valer. Reginald. tom. 2. lib. 24. c. 4. num. 71. & alij. Ex his apparet, dictum poenitentem manifestando complicitatem Confessario, non peccasse mortaliter; vnde patet responsio supra posita, quæstioni.

RESOL. LIII.

An ne crimen socij manifestetur in confessione, obligetur poenitens adire alium Confessarij, cui confitendo in cognitionem complicitas venire non possit.

Et an aliter faciendo teneatur ad restitutionem famæ? Et an sit aprior modus restituendi famam in hoc casu, si extra confessionem dicat Confessario sub eodem Sigillo, errari, dum tibi vnum complicitatem pro alio dixi?

Et deducitur manifestare vni, vel alteri crimen, qui pro sua prudentia suppressuri sunt silentio, non esse peccatum mortale. Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 9.

§. 1. Etiam stando in opinione, quòd poenitens possit & debeat explicare in confessione complicitatem sui peccati, adhuc ad casum propositum affirmatiue respondent Doctores. Ita Ioannes V Viggers de Sacrament. in supplem. ad 3. part. quæst. 9. art. 2. numer. 15. Valquez in 3. part. tom. 4. q. 91. art. 2. dub. 3. non. 1. Coninch de Sacrament. disp. 7. dub. 9. num. 88. Valboa in cap. omnis, de poenitent. verb. fideliter n. 63. & alij communiter; quia sic confitetur integrè, & Confessarij in suspensionem personæ Complicitas non venit.

2. His tamen non obstantibus, non desinam hic adnotare Patrem Fagundez in præcept. 2. Ecclesia lib. 5. c. 1. n. 3. negatiuam sententiam docere: asserit enim in tali casu non esse præceptum, sed consilium, quòd

63 & in tota 7. tr. 4. Ref. 67. à lin. 5. & ex doctrina Ref. 72. §. 1. & cursum & recitater supra in fine Ref. 50. vers. Non nego.

TION
 ORA
 TION
 TION

Sup. hoc in Ref. præterita, & ne pretermissa legere supra doctrinam in Refol. 50. & aliarum eius primæ not. quamuis non dicant plene super hac quæst.

quod poenitens alium Confessarium quaerat, qui in suspicionem Complicis venire non possit, quia si aliquod praecipuum adesset, esset praecipuum diuinum de conferuanda, ac tuenda fama Complicis, quam putat in casu, de quo loquimur, non periclitari.

3. Sed merito aduersus illum insurgit nouissimè Pater Lugo de *Sacrament. Poenit. dispur.* 16. *sect.* 7. *num.* 392. quia poenitens aliter faciendo absque causa infamat proximum cum possit adire Confessarium, cui persona Complicis ignota sit. Et ideo possit aliquis dicere ad restitutionem fama teneri, cum sine rationabili causa manifestauit complicem: poterat enim, vt suppono, sine vilo incommodo alium Confessarium petere; & ideo non solum peccauit contra charitatem, sed etiam iustitiam. Erit autem, vt optime obseruat Lugo *ubi supra num.* 418. aptior modus restituendi, si extra confessionem dicatur Confessario sub eodem sigillo: Erraui, dum tibi vnum Complicem pro alio dixi, quem errorem si vnoerit Confessario apparentibus rationibus persuadere non mentitur; cum reuera errauerit, illum complicem, quem non debebat manifestando. Et in casu, quod impossibilis, vel inutilis esset talis fama restitutio, semper tamen poenitens tenebitur impedire, vel rescire omnia damna extrinseca, quae ex tali manifestatione iniusta complex patietur. Ita Lugo satis quidem probabiliter: sed vt verum fatear, si opinio illa Caietani esset probabilis, nempe manifestare crimen vni vel alteri, qui pro sua prudentia suppressuri sint silentio, non esse peccatum mortale, probabiliter excusaretur talis poenitens a fama restitutione; scio P. Lugo *n.* 395. dictam Caietani opinionem falsam vocare: tamen probabilem ego puto, & illam me citato tanquam probabilem admittunt hi omnes, videlicet, Stephanus Bauny in *Theol. Mor. tract.* 4. *quæst.* 15. *dub.* 8. Bassæus in *Floribus Theologiae Practicæ verb. de tractio.* 1. *n.* 111. & Zambellus in *Reperitorio Morali, verb. fama n.* 10. præter alios, quos ego alibi adduxi: quibus adde Cælestinum in *Compend. Theol. Mor. tract.* 10. *cap.* 2. Concedo tamen sententiam Patris Lugo contra Caietanium esse probabiliozem, quam nouissimè sustinet Ioannes Viggers de *instit. & iur. tract.* 4. *cap.* 1. *dub.* 4. *num.* 16. & Egidius Trullench in *Decalogum* 10. *lib.* 7. *cap.* 10. *dub.* 11. & Fagundes etiam in *Decalogum* tom. 2. *lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 24.

Sup. hac opinione à lin. 2. Ref. præterea, & in aliis eius annot.

RESOL. LIV.

An si quis perpetravit aliquod delictum carnale in die Iouis Sancti, vel eo die, quo ad confessionem accedit, teneatur postea in confessione aperire hanc circumstantiam?

Idem est dicendum, si aliquis peccatum perpetravit in die, qua sacram Eucharistiam sumpsit, vel in die alicuius magne festiuitatis.

Et inferitur, an circumstantia diei festi sit in confessione aperienda, vt blasphemare, peierare, furari, &c. Ex part. 1. tr. 7. Ref. 32.

Sup. contrò in hac Ref. in §. ult. ante medium. Ref. seq.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Medina in *summ. lib.* 1. *c.* 9. §. 1. Pitigianus in *4. tom.* 2. *disp.* 17. *q.* vnica, *art.* 5. in *fin.* Rodriq. in *sum. to.* 1. *c.* 5. *n.* 12. Llamas in *sum. p.* 3. *c.* 8. §. 14. & alij: Et à fortiori docebunt hanc sententiam illi qui asserunt circumstantiam diei festi esse de necessitate confessionis: & ita docuerunt Alentis 3. *p.* 9. *q.* 2. *m.* 5. *art.* 2. D. Antoninus 3. *p.* tit. 17. *c.* 17. §. 1. Maior in *4. disp.* 17. *q.* 4. Angelus *verb. præceptum.* n. 5. Adrianus in *4. de confess.* 9. 4. & alij asserentes, vt dixi, circumstantiam diei festi esse in confessione aperiendam, vt blasphemare, peierare, furari, &c.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 5.

2. Sed hanc sententiam ferè omnes neoterici re-
feliunt, vt Ledelma in *sum. tom.* 1. de *Poenit.* c. 18. *fol.*
mibi 229. Petrus Fay in *addit. ad 3. part. q.* 9. *art.* 2.
dub. 12. Valq. in *3. part. tom.* 4. *q.* 19. *art.* 1. *dub.* 4. *n.* 24.
Bonacina de *Sacram. disp.* 5. *q.* 5. *sect.* 2. *punct.* 2. *§.* 3.
diffic. 3. *n.* 29. Coninch de *Sacram. disp.* 7. *dub.* 4. *n.* 27.
Nugnus in *addit. ad 3. p. tom.* 2. *q.* 9. *art.* 2. *dub.* 3. & alij.
Quia in diebus festiuis non prohibetur opus seruale
spirituale, scilicet, peccatum, quod tale tantum dicitur
metaphoricè, sed seruale proprie corporale, scilicet
mechanicum: nisi talia peccata efficerentur in contem-
ptum diei festi. Vnde ad dubium quaesitum respon-
deo, circumstantiam peccati perpetrati in die Iouis san-
cti, vel alterius magne Festiuitatis, non esse in confes-
sione aperiendam: quia, vt notat Filiucius *tom.* 2. *tr.* 21.
c. 9. *n.* 347. est tantum circumstantia aggrauans. Et ita
nostram sententiam docet Henriquez *lib.* 5. *c.* 6. *n.* 6. *vbi*
sic asserit: [Circumstantia temporis aliquando grauat
peccatum, vt si in solemni festo, aut hebdomada san-
cta, fiat peccatum externum, & multi putant necessa-
rium esse, id exprimere in confessione: sed reuera non
tenetur poenitens explicare in confessione.] Ita Hen-
riquez Et idem dicendum est, si aliquis peccatum per-
petrauit in die, qua postea confitetur, vel in die, qua
sacram Eucharistiam sumpsit. Et ita docet contra ali-
quos Homobonus de *exam. Eccles.* p. 1. *tr.* 5. *c.* 11. *q.* 8. 1.

RESOL. LV.

An si quis statim post communionem fornicaretur, te-
neatur hanc circumstantiam in confessione explicare?
Et inferitur, quod peccans in die festo, vel fornicans in
die Iouis sancti, vel in die, quo confesus est, vel com-
municatus, modo non sit statim post communionem, vel
celebrationem, non tenetur in confessione hanc circum-
stantiam explicare. Ex p. 1. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 59.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Cardinalis Lugo.
Idem, cum ipso docet non tamen ex eius
principiis Dicaistillus de *Sacram. tom.* 2. *tr.* 8. *disp.* 9. *dub.* 8.
n. 731. *vbi* sic ait: Et quidem si verum esset, quod ali-
qui dicebant: nempe in die, qua accepta est Eucha-
ristia peccatum commissum habere malitiam specia-
lem explicandam in confessione, sequeretur Sacer-
dotes quotidie celebrantes frequentissimè debere ex-
plicare circumstantiam Missæ illa die celebrata, quod
videtur difficile, vt notauit Eminentissimus Lugo
num. 523.

2. Non tamen desunt, vt videre est apud eundem
n. 524. qui putent aliquod peccatum ratione tempo-
ris Sacri contrahere malitiam grauem nouam neces-
sariò explicandam; cuius rei exempla adhibentur.
Primum si die Parasceues, aliquis vellet ludos pu-
blicos, comedias, & ludicra spectacula & familia ex-
hibere, sicut in diebus Bacchanaliorum, quam putant
grauissimam irreuerentiam contra Sacratissimum
diem Passionis Christi Domini. Hoc exemplum
ego non negauerim continere graue peccatum; &
in hoc assentior eidem Cardinali. Sed non possum
inprimis non videre eam esse circumstantiam alteri-
us peccati per se loquendo (de circumstantiis ve-
rò nunc disputamus) sed esse primarium peccatum
ex se; si actus ipsi per se non sunt lege prohibi-
ti: tunc enim explicare illud peccatum non esset
explicare circumstantiam alterius peccati, sed pri-
mariam peccati materiam, in quo ipsemet Cardini-
nalis consentire debet, & cum illo notauimus su-
pra in simili, tum *num.* 644. tum *num.* 666. paulò
ante finem.

3. Deinde non possum non videre illas actiones
non esse contra aliquam prohibitionem Ecclesiæ,
art.

ant humanam; neque esse circumstantias ea lege prohibitas; sed ex natura rei resultare quod distinet rationi, & quod censetur res satis impia, ed ipso quod Ecclesia & fideles tunc colunt Christi passionem, vt in simili dicebamus supra, agentes de peccatis quibuldam in loco Sacro, etiam non essent prohibiti speciali lege. Vide quæ ea de re diximus *sup. a. n. 652*, sed præteritum *num. 655*, potuisset quidem Ecclesia tunc non colere Passionem eo modo: Supposito vero quod colat eo modo, non potest apud prudentem æstimationem non ceteri res illa grauis irreuerentia, sed hoc non est proprie loquendo contra aliquam diem sacrationem; quæ nulla est, iuxta dicta *num. 725*, vbi assignauimus disparitatem inter locum & tempus.

4. Hoc ipsum cernere licet in secundo exemplo eius, qui ab ipso altari, in quo celebrat, immediate iret ad fornicationem, quam merito putat Cardinalis grauissimam irreuerentiam, sed non video quod sit proprie irreuerentia sanctitatis diei, sed quia ex natura rei prudenti æstimationi videtur grauis irreuerentia tanti Sacrificij & Sacramenti, itaque non Sanctitatem aliquam diei violat, sed Sacramento irreuerentiam censetur inferre. Quod etiam satis declarat exemplum quod affert de sollicitante Sacerdote penitentem ad turpia proxime post confessionem, quem Sacerdotem cogit legitimus index abiurare, vel de vehementi, vel de leui (prout res, & circumstantia postulant) propter suspitionem, quam secum affert eiusmodi scelus, sed hoc non pertinet ad sanctitatem temporis, aut diei; sed ad honorem Sacramenti, & ad præcauendum damnum, quod pronente posset, si eiusmodi malum impune serpat, solumque propinquitas aut similitas temporis, (sicut etiam loci deputati ad confessionem, vel simulationis quæ simulat quis se audire confessionem) seruit ad notandam & suspiciendam irreuerentiam, vel minus sinceram fidem sic peccantis absque vlla irreuerentia illata tempori aut loco tanquam rebus sacratis, cum possit esse locus sine vlla consecratione, sicut & tempus. Huc uenitque Dicastillus.

5. Itaque vel secundum principia Cardinalis Lugo, vel Dicastilli, dicendum est, si quis fornicaretur statim post Eucharistiam sumptam debere in confessione hanc irreuerentiam explicare. Et ita etiam præter Doctores citatos tenet Martinus de San Ioseph in *mon. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 1.4. de Pœnit. n. 7*. vbi sic ait; *No ay obligacion de confessar la circunstancia de que se cometo el pecado en dia de Fiesta, porque esto ni muda especie, ni agrava notablemente dentro de la propria especie, porque en la fiesta no se quando se comete el pecado, aunque sea carnal, en Jueves, o Viernes Santo, o en el dia en que se confesso, o comulgò; saluo si en acabando de comulgar conociere carnalmente la amiga, o biziesse comedia el dia del Viernes Santo, que en casos semejantes se pecaria grauissimamente contra la virtud de la Religion. Assi lo siento.* Ita ille.

RESOL. LVI.

An suscipiens Eucharistiam in peccato mortali, & qui facit in Quadragesima confessionem inualidam, committat duplex peccatum in confessione explicandum? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 35.

Ad hanc quæstionem respondet Petrus Fay *de pœnit. in addis. ad 3. part. D. Thomæ. q. 4. artic. 3. disp. vnica, concl. 2.* sic dubitabit aliquis, an su-

mens Eucharistiam in peccato mortali sine præuia confessione committat duplex peccatum mortale, vnum impenitentia contra præceptum confitendi ante communionem, aliud sacrilegij contra dignam susceptionem Eucharistia? Affirmant aliqui, & satis probabiliter propter violationem duplicis specialis præcepti, quæ contingit in casu posito; probabilius tamen opinor vnicum tantum esse sacrilegij contra dignam Sacramenti susceptionem. Et ratio est, quia vbi est vnum propter aliud, ibi est vnum tantum: sed qui non præmittit confessionem ante sumptionem Eucharistia, ideo tantum peccat, quia per illius omissionem indignè Sacramentum sumit, quod si sumere non deberet nequiquam confiteri teneretur, vt supponimus. Ita Fay, & ego hanc sententiam alibi etiam docui, & nouissime illam docet Turr. *de penitentia q. 6. art. 5. disput. 2. dub. 1.* Igitur cum duo præcepta simul occurrunt, & vnum obligat tantum ratione alterius; vt est in casu nostro, violatio vtriusque est vnicum solum peccatum; ideo dicendum quod si quis omittit confessionem, quando necessaria est solum ratione Eucharistia suscipienda: non peccat contra præceptum affirmatiuum confessionis, sed contra præceptum suscipiendi dignè Eucharistiam.

2. Ex his etiam sequitur, vt bene obseruat Fagundez *præc. 2. lib. 3. cap. 5. num. 8.* quod qui tempore præcepti Ecclesiastici in Quadragesima fecit confessionem inualidam, peccat contra præceptum diuinum de integritate confessionis, & contra præceptum Ecclesiæ annualis confessionis, & tamen vnum tantum peccatum committit; quia præceptum Ecclesiæ subordinatur præcepto diuino; sic etiam qui occidit clericum, peccat contra ius diuinum contentum in 5. præcepto Decalogi, & contra ius canonicum, & ius ciuile; & tamen vnum tantum peccatum homicidij, & sacrilegij committit; quia ius ciuile & ius canonicum in hac prohibitionem subordinantur iuri naturali. Vide Henriquez *lib. 2. de pœnit. c. 5. n. 6.* Medinam *in p. 2. q. 109. art. 4. § tandem, concl. 3.* Sotum *in 4. dist. 18. q. 1. art. 4.* Caietanum *p. 2. q. 72. art. 6. ad 2.* & alios.

RESOL. LVII.

An qui in statu peccati mortalis, & non ieiunus sumit Eucharistiam, peccet duplici peccato in confessione explicando? Et de interuallo, quo infirmus post Viaticum communicare possit, agitur. Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 195.

§. 1. Negatiuè respondeo; quia quamuis sumptio illa ex duobus titulis sit peccatum mortale, nempe & quia est transgressio illius præcepti positivi de non sumendo Eucharistiam, nisi ieiunus; & quia est transgressio præcepti naturalis diuini non sumendi Eucharistiam in statu mortali: nihilominus quia vterque iste titulus eodem modo opponitur Religioni, quia eodem modo est contra reuerentiam Sacramenti, ideo est idem specie peccatum; & etiam est idem numero, quia non est vnde malitia numero multiplicetur, quia materia est eadem numero, & non respiciens diuersa extrinseca, imò nullum, quia est absoluta nullum extrinsecum respiciens. Et hæc omnia docet in suo tract. de sacram. disput. 9. diff. 1. Gaspar Hurtado Theologus Societatis Iesv, quæ doctorum hominum in omni scientiarum genere merito emporium vocari potest. Verum hanc opinionem Hurtadi aliqui recentiores non admittunt, & præsertim inter illos noster P. D. Thomas de Afflicto, vir doctissimus, nam licet vtrumque peccatum opponatur

supra in tr. 3. Ref. 186. § 1. & in tom. 2. tr. 1. Ref. 149. §. Nota eua.

Alibi in Ref. not. præterite & signatet in Ref. 2.

Sup. hoc sup. in tr. 3. lege doctrinam. §. Obf. 102. Refol. 186. & aliarum Ref. eius not.

eidem virtuti religionis, non tamen eodem modo illi opponuntur, cum diuersam materiam respiciant, & diuersam habeant deformitatem; nam accedere cum peccato mortali ad Eucharistiam, opponitur reuerentiae Sacramento debita quoad puritatem animae, quae puritas est dispositio necessaria ex iure naturali diuino. Accedere vero ad illam non ieiunium, opponitur reuerentiae debita, quo ad dispositionem corporalem, & non est dispositio necessaria ex iure naturali, & diuino. Adde quodd homicidium, furtum, contumelia eidem virtuti opponuntur, nempe iustitiae commutativae, & tamen differunt specie solum ob materiae diuersitatem nedum ex quocumque defectu.

Alibi in to. 2. Ref. 85. 86. 87. & in Ref. 77. §. Sed licet inter principium, & medium, a ver. nā post sex. & in Ref. 78 §. vlt. ad melium ver. Hae sententia.

2. Notandum est tamen hic obiter, quod ego alibi docui, posse infirmum periculosè agrotantem sumere Eucharistiam non ieiunium post intervallum sex dierum; imò adduxi Ludovicum de San Iuan, putantem sufficere intervallum trium dierum; nunc vero addam ea, quae praeter Armillam notat circa praesentem quaestionem Hurtado *vbi supra à dis. ficut. 16. in fine*, vbi sic ait: Doctores ferè omnes pro repetitione Eucharistiae sumendae ab infirmo periculosè agrotante non ieiunio, requirunt intervallum aliquorum dierum inter vnam, & alteram communionem; Tabiena intervallum sex dierum; Armilla vero nullum assignat, absque dubio credens, repeti posse quoties potest à sano ieiunio, quod in Concilio Constantiensi *sess. 13.* indicari videtur, dum excipit infirmos absque vlla limitatione, quo videtur indicare, toties posse ab illis non ieiunio sumi, quoties à sanis ieiunio. Ita Hurtado, vide me ipsum *in 3. pari. tract. 4. resol. 4. 4.* sed ego in casibus contingentibus libenter concederem infirmis, posse recipere iterum sacrum viaticum post intervallum trium, vel quatuor dierum.

RESOL. LVIII.

An qui non audit Missam in die Dominico, in quem incidit Festum alicuius Sancti, satisfaciat dicendo in confessione se in die Festo semel Missae Sacramentum praetermississe?

Idem quaeritur, si eodem die duplici titulo ieiunandum sit.

Et idem est, si quis Festum violasset opere servili ratione duplici Festi occurrentis.

Et cursum inferatur, quod qui furatur rem Sacram de loco Sacro, satisfaciit, si dicat, se furatum fuisse rem Sacram, nec opus est dicere de loco Sacro. Ex part. 1. tract. 7. Resol. 22.

Sup hoc in to. 4. tr. 6. Ref. 63. ex doctrina §. 1. & 2. & signa- ter §. 3.

§. 1. **N**egativè responderet Tannerus *in 2. 2. disp. 5. q. 6. dub. 2. n. 24.* Homobonus *de exam. Eccl. disp. 1. tract. 5. c. 12. q. 76.* Fabrus *de Panis. in 4. sent. disp. 17. q. vnic. disp. 2. cap. 2. n. 36.* Navarrus *in Manuali. c. 1. n. 4.* Lopez *in instr. part. 1. c. 29.* Rodriquez *in summ. tom. 2. c. 23. n. 3.* Coninch *de Sacram. disp. 2. dub. 6. n. 47.* Reginaldus *in praxi. to. 1. lib. 6. c. 4. n. 129.* & alij, qui putant, in tali casu non sufficere, si penitens dicat: Omisi Sacrum in die Dominico, sed opus est dicere, in illo die Dominico incidisse, v.g. festum D. Ioannis Baptistae.

2. Sed contrariam sententiam puto esse probabiliorem, quam tuentur, & docent Vasquez *in 3. p. tom. 4. q. 9. 1. art. 1. dub. 4. num. 9.* Nugnus *in addit. ad 3. part. quaest. 9. art. 2. dub. 3.* Henriquez *lib. 5. c. 5. n. 6.* Glossa, *lit. B.* Sancius *disput. 1. 1. num. 17.* Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 9. disput. 1. 6. num. 6.* vbi sic ait: [Hinc deducitur pro materia de Penitentia, dum obligat praecipuum audiendi Sacrum, aut abstinendi

à servilibus, ratione duplici Festi concurrentis, vt si Festum incidat in die Dominica; aut ieiunij, ratione vigiliae incidentis quatuor anni Temporibus, aut Quadragesimae, vnicam esse malitiam, praecipuum illud transgredi; atque ita sufficenter fateri dicentem, se ieiunium, aut Festum violasse.] Idem docet etiam Ledesma *in sum. to. 1. de Pen. c. 19. concl. 6.* Megala *in 1. p. lib. 1. c. 16. n. 5.* Sa verb. *Confessio, §. quidam putant.* Et hanc sententiam magis in praxi esse vltu receptam, testatur Homobonus *de exam. Eccl. part. 1. tr. 5. c. 12. q. 76.*

3. Vnde ex his inferitur, quod qui furatur rem Sacram de loco sacro, satisfaciit, si in Confessione dicat, se furatum fuisse rem sacram: nec opus est dicere de loco sacro, quia vtraque illa circumstantia ad eandem rationem formalem virtutis religionis spectat. Ergo, &c. Et ita docet Fagundez *Præcept. 2. lib. 4. cap. 5. num. 2. 1. in fine.*

RESOL. LIX.

An si quis omisit, v.g. Sacrum propter studium, teneatur explicare in confessione hanc circumstantiam: Ex part. 1. tract. 7. Ref. 62.

§. 1. **A**ffirmativè responderet Zumel *in p. 2. q. 7. 1. art. 5. disp. 4.* qui citat Gandavensem, Gabriellem, Riccardum: putat igitur in tali casu, studium, ex cuius affectu omittitur Sacrum, in die festo, esse peccatum specie, ac numero distinctum ab ipso peccato omissionis, ac proinde distinctè in Confessione explicandum.

2. Sed ego contrariam sententiam sustinendam esse puto, quam docent Valentia, Medina, Azorius, & Vasquez, quos citat, & sequitur Tannerus *in part. 2. disp. 4. q. 4. dub. 2. n. 15. & 20.* Et ratio est: quia voluntas ipsa omittendi, atque etiam actus ille ex se malus cuius affectu inordinato omittitur aliquid praecipuum, per se, ac formaliter loquendo, nec specie, nec numero distincta sunt peccata à subsequente omissione, ac proinde, nec distinctè in confessione apertenda sunt. Actus enim ille idè malus est, quia ordinatur per modum causae, siue medij, ad consummandum omissionis peccatum: sed in genere moris vnum peccatum numero censetur actus consummatus peccati, & ceteri, qui ad ipsam consummationem ordinantur, si aliunde mali non sunt; ergo, &c. Igitur absolute dicendum, quod actus, qui est causa omissionis, si per se alioqui malus non sit, non est peccatum specie, vel numero distinctum à subsequente omissione.

RESOL. LX.

An actus, qui est causa omissionis culpabilis sit peccatum distinctum ab ipsa omissione?

Et an actus, qui sunt ab operante post propositum omittendi praecipuum; vt si quis, v.g. proponeret omittendi Missam propter pigritiam, vel aliam causam, & postea tempore celebrationis Missae domi studeat, aut ambularet, an, inquam, hi actus dicantur causa omissionis Missae, & consequenter sint peccata? Ex part. 3. tractat. 6. & Misc. 2. Resolut. 8.

§. 1. **V**T si quis ita studio sit intentus, vt relinquat audire Missam, an istud studium sit in seipso peccatum, & contineat in se deformitatem distinctam à malitia omissionis Missae? Negativè respondendo cum Vasquez *in part. 2. disp. 93. c. 3. n. 10.* Beccano *p. 2. Theol. scholast. tr. 2. c. 3. q. 5.* & aliis. Dico igitur tam voluntatem expresse omittendi, quam opus, quod

quod est causa omissionis. non solum non esse peccata distincta ab ipsa omissione, verum etiam neque esse peccata commissionis, sed omissionis tantum, quod quid asserant in contrarium Salas in p. 2. tract. 1. 3. disp. 1. sect. 7. & S. Valentia tom. 2. disp. 6. q. 1. punct. 4. & alij. Unde satis est ut quis dicat in confessione, Missam non audiui, nec opus est causam exprimere omissionis Missae, vel voluntatem expressam omittendi, quae omnia si essent peccata commissionis, deberent in confessione explicari.

2. Sed hic obiter posset quis curiosè inquirere, an actus qui sunt ab operante post propositum omittendi praecipuum, ut si quis, v. g. proponeret omittendi Missam propter pigritiam, aut aliam causam, & postea tempore celebrationis Missae domi studeret, aut ambularet, an, inquam, hi actus dicantur causa omissionis Missae, & consequenter sint peccata? Negatiue respondet Medina in part. 2. q. 7. art. 5. dub. 2. Aluar. in p. 2. disp. 1. 2. 6. n. 2. Salas in p. 2. tr. 1. 3. disp. 2. sect. 6. n. 1. 02. licet contrarium asserat Valentia tom. 2. disp. 6. quae. 5. punct. 4. Sed tu circa praesentem quaestionem vide Filiucium tom. 2. tr. 2. 1. c. 7. n. 268. Layman in Theol. mor. lib. 1. tr. 3. c. 4. n. 43. Becanum ubi sup. c. 2. n. 5. & 6. & alios sequere.

RESOL. LXI.

An sit necessarium in confessione ipsam omissionem explicare, vel sufficiat tantum se accusare de causa omissionis data? Ex part. 1. tract. 7. Res. 65.

§. 1. **E**ssè explicandam ipsam omissionem, putant communiter Doctores, quos sequitur Tannerus in p. 2. disp. 4. dub. 3. n. 35.

1. Sed contrarium sententiam etiam probabilem esse existimo, quam tuetur Vasquez in part. 2. tom. 1. disputatione 94. cap. 3. num. 16. post illum Bonacina de legib. 2. quae. 4. punct. 4. num. 8. ex illo principio, in quo docet, peccatum omissionis tunc solum imputari, adeoque committi, quando causa culpabilis omissioni datur; ipsam verò omissionem actualem pro tempore, quo praecipuum obligabat: quia sub libera potestate omittentis non est proprie peccatum non esse, nec eo quidem modo, quo aliqui actus externus peccati, peccatum dicitur, deriuata, scilicet, malitia in ipsum ex voluntate, sed esse solum effectum peccati. Quod ita etiam pariter dicendum est de homicidio ex ebrietate, & de pollutione in somno culpabiliter sequuta: itemque de vulneratione actuali per emissam sagittam facta, &c.

3. Sed audiamus Vasquez de hac re differentem: [Si haec omnia exteriora (asserit) quae diximus, non essent peccata; sequeretur, non esse necessarium, ea in Confessione exprimere; sed satis esse explicare causam eorum liberè positam fuisse somno, aut ebrietate: hoc autem est contra consuetudinem fidelium omnium, qui ea semper confitentur: ergo, &c.] Respondeo, non esse exprimenda in Confessione: fideles autem plurimi ea explicant; quia nesciunt ea non esse peccata; vel etiam, quia eo facto rectè explicant culpam, quam commiserunt, praebendo causam, & occasionem; idè prohiberi non debent à talium euentuum confessione, praesertim cum ipsa explicatione euentus optime explicetur, quidquid peccati in causa praecessit, & parum vnum ab alio distet: at si quis praesens ea exprimere vellet, quae debet, non est cogendus euentus explicare ratione Confessionis, sed aliquando ratione restitutionis, vel irregularitatis; sed satisfaceret praecipuo, si diceret, se d. disse proximam causam tali omissioni, vel pollutioni. Nec etiam opus est in Confessione dicere:

Tom. 1.

Ego potu, & cibo nimio mihi intuli morbum lethalem; se sufficit fateri, causam illius dedisse. At, quando opus externum est secundum se peccatum, quia liberè semper manet sub nostra potestate, tunc debet semper explicari. Ita Vasquez, satis quidem probabiliter, quidquid aliqui obmurmurent. Dicendum est igitur absolute, ipsam actualem occasionem, seu vulnerationem hominis per sagittam, aut homicidium praesens in ebrietate commissum, vel etiam pollutionem culpabilem in somno, non esse peccata propria, sed tantum effectus peccati. Et ita etiam hanc sententiam cum Vasquez docet nouissime Layman in Theol. mor. lib. 1. tr. 1. c. 3. n. 5.

4. Sed, si aliquis hanc quaestionem fusiùs explicatam cum variis Doctorum sententiis videre cupiat, adeat Malderum in p. 2. q. 72. artic. 6. Lorcam in p. 2. 10. 2. quae. 4. disp. 7. de peccatis. Azorium tom. 1. lib. 4. cap. 3. quae. 3. Zumel in p. 2. quae. 71. art. 5. disput. 5. Filiucium tom. 2. tract. 2. 1. cap. 7. num. 271. Becanum in p. 2. tract. 2. cap. 3. quae. 6. Pelantium in part. 2. q. 71. art. 5. disp. 3. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 3. dub. 6. n. 1. & seq. Vide tertiam huius Operis Partem. Tract. 4. de Sacram. Res. 67. in fine.

*Quae hic est inf. Res. 165.

RESOL. LXII.

An si Clericus: v. g. in diuturna navigatione abiiciat Breuiarium, teneatur aperire hanc circumstantiam, vel ei sufficiat dicere, vigesies v. g. omisi Horas Canonicas?

Et notatur pro praxi, quod propositum omittendi, vt & actus ille, quo quis ademit facultatè praeccepti exequendi, & exercendi per accidens in confessione explicandum est; vt si quis v. g. proposuit per multos dies Officium Diuinum omittere, sed deinde propositum mutans non nisi quinquies omisit.

Idem dicendum est de similibus aliis? Etiamque aduertitur eum, qui post abiectum Breuiarium dolet de causa omissionis data, non amplius peccare omittendo Horas, quandiu nouam negligentiam in comparando Breuiario non admittit. Ex part. 1. tract. 7. Res. 63.

§. 1. **R**espondeo sufficere. Ita Tann. in p. 2. disp. 4. q. 4. dub. 2. n. 25. & 26. Et ratio est: quia impotentem se reddere ad actum praeccepti, solum prohibetur praeccepto affirmatiuo de actu exequendo; ac proinde non aliam habet malitiam, quam ipsamet omisso actus praeccepti: ergo, &c. Dicendum est igitur, quod talis actus, quo quis se reddit impotentem, non est distinctum peccatum ab omissione, re ipsa consequente: & idè sufficit confiteri omissionem ipsam.

2. Notandum est tamen pro praxi, quod propositum omittendi, vt & actus ille, quo quis facultatem ademit actum praeccepti exercendi, per accidens aliquando in confessione distinctè explicandum est: vt, si quis, v. g. proposuisset per multos dies Officium diuinum omittere: sed deinde propositum mutans, non nisi quinquies omisit. Aut, si quis in navigatione, vel itinere, abiecto Breuiario, cum implicito proposito omittendi Horas per integram hebdomadam, mox postea respiceret, vel acquisito Breuiario post tres dies horas recitaret: in his, inquam, casibus, cum longè maius peccatum sit ipse actus ex causa omissionis, quam subsequens omisso, non satis esset in confessione solum omissionem confiteri.

3. Notandum est etiam, eum, qui post abiectum Breuiarium dolet de causa omissionis data, non amplius peccare omittendo Horas, quandiu nouam negligentiam in comparando Breuiario non admittit: quia omisso ipsa peccatum non est, si pro tempore,

li 2 quo

quo accidit, non fit in potestate omittentis, vel in sua causa fit voluntaria, ut quia ante tempus executionis præcepti hominem de causa data penituit: aut, quia vel non potuit, vel non debuit cauere secutoram omissionem. Et hæc omnia notauit Becanus in p. 2. tr. 2. c. 3. q. 6. n. 10. & 11. cum Tannero ubi sup. dub. 3. num. 37. & Villafobos in summ. tom. 1. tract. 3. diff. 6. n. 4. Sed ad alia deueniamus.

RESOL. LXIII.

An sufficiat si penitens dicat in confessione, anno integro omisi Officium diuinum, vel non restitui, licet aliquoties intra annum doluerit de culpa, & statuerit recitare, vel restituere, & propositum postea non adimpleuerit: Ex part. 5. tract. 14. & Miscell. 2. Resolut. 55.

Sup. hoc pro parte restitutionis infra 158. lege eas per totas.

§. 1. **C**Asus potest sæpius in praxi accidere, & videtur negatiue respondendum; nam eo ipso quod doluit de peccato, statuitque recitare, vel restituere, interrupt peccatum; unde cum postea non recitauit, neque restituit, aliud diuerso numero peccatum commisit: sed certum est numerum peccatorum in confessione declarandum esse: ergo, &c.

2. Nihilominus licet, metaphysicè loquendo illud peccatum numero multiplicetur, adhuc non videtur necessarium declarare prædictam interruptionem. Ita Iacobus Granado in 3. part. D. Thome, controuers. 7. tractat. 9. disputatione decima, num. octauo; quia in confessione non est seruandus strictus rigor, & nimietas in explicando numero, quando sufficienter constat de statu penitentis. Satis autem constat de statu, cum quis fateatur se per annum non recitasse, aut non restituisse cum posset; licet non declaret, an aliquoties habuerit animum recitandi, vel restituendi; alioquin molestum esset, nimisque onerosum, ac scrupulis plenum; maiorem obligationem imponere. Sic Granado ubi supra; sed de hac questione satis alibi à me dictum est.

Alibi in Ref. not. præteritæ.

RESOL. LXIV.

An qui omisit aliquo die omnes Horas Canonicas, vel notabilem illarum partem, teneatur in confessione aperire id quod omisit, vel sufficiat dicere se mortale peccatum commississe in non soluendo diuinum Officium?

Et notatur, quod habens plura beneficia non committit tot peccata, quot sunt beneficia in omissione Horarum Canonicarum. Ex part. 2. tr. 12. Rel. 23.

Sup. hoc sup. in Refol. 9. s. Sed difficultas, ante medium, à vers. & adhibet. & in to 3. tr. 6. Rel. 75.

§. 1. **A**liqui asserunt, non satis esse ita dicere, sed explicandam esse quietatem Officij omisissam, si sit magna, & numerum Horarum. Et ita docet Bonacina de Sacra. disp. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. n. 17. Gasias de benef. tom. 1. part. 3. c. 1. n. 142. Henriq. lib. 5. c. 7. n. 6. Bellochius in praxi de cas. refer. part. 2. q. 15. n. 47. & alij penes ipsos.

2. Sed ego puto cum Squillante de oblig. Cler. p. 1. dub. 33. n. 70. & alijs, satis esse si Clericus se accuset asserendo commississe culpam lethalem in recitatione Horarum. Notandum est etiam contra Nauarum, & alios, quod habens plura beneficia non committit tot peccata, quot sunt beneficia, vt optimè notat Gasias ubi supra, n. 142. Azorius part. 1. lib. 4. c. 1. quæst. 6. & alij.

Sup. hoc in to 3. tr. 6. Ref. 111. s. vt. in principio, & in alio §. & verficius not.

RESOL. XLV.

Primum, qui ratione Ordinis sacri, & beneficij tenetur persolvere Horas Canonicas; si illas non recitet, peccet dupliciter, & sit ista circumstantia in confessione aperienda? Ex part. 2. tr. 12. Rel. 22.

§. 1. **A**ffirmatiue respondet Fagund. de præcept. Eccles. tr. 2. li. 4. c. 5. n. 23. Azor. p. 1. l. 1. c. 10. n. 74. q. 7. Suar. de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 18. n. 5. Sanch. de mar. lib. 9. disp. 15. n. 6. Squillante de oblig. Cler. p. 1. dub. 34. n. 71. Carolus Macigni de Horis Canonicis, c. 10. n. 6. & alij, quia talis Clericus omittens Officium diuinum, violat duplicem virtutum specie diuersam: violat enim virtutem religionis, ratione Ordinis sacri, & virtutem iustitiæ, ratione beneficij.

2. Hæc sententia est probabilis, sed contraria est probabilior, quam tuetur Homobonus exam. Eccles. p. 1. tr. 4. c. 5. q. 42. Henriq. lib. 12. c. 12. n. 3. in Glas. O. Gasias de benef. tom. 1. p. 3. c. 1. n. 125. Salas in p. 2. to. 2. tr. 13. disp. 3. sect. 2. n. 17. & alij, quia Clericus beneficiatus tenetur persolvere Horas ratione tantum religionis, & non iustitiæ. Ergo vnicum peccatum committit, quia violat vnã tantam virtutem.

RESOL. XLVI.

An si quis, v. g. recitando Officium diuinum vidit mulierem, & concupiscit eam, teneatur non solum illam prauam concupiscentiam confiteri, sed etiam dicere, quod tale peccatum admisit pfallendo, vel orando? Et an, qui orat non solum in peccato mortali, sed etiam cum proposito actuali, & voluntate peccandi mortali, peccet? Ex part. 6. tractat. 7. & Miscell. 2. Resolut. 36.

§. 1. **C**Asus potest in praxi frequenter accidere, & de illo pauci mentionem faciunt; unde affirmatiua sententiam nouissimè tenet Franciscus Syluius in resolutionibus variis oratio. Quia, ait ille, cum aliquis Deum vocaliter orans ipsum offendit mortaliter, alicui prauæ voluntati, aut luxuriæ, aut alteri peccato consentiendo, in tali eius peccato inuenitur aliqua circumstantia mutans speciem peccati: atque Ecclesie doctrina recepta est (vt ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 5. & aliunde constat) eas circumstantias in confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant: ergo iste sic orans, & mortaliter peccans, tenetur, eam circumstantiam in confessione aperire. Maior probatur: quoniam iuxta B. Thom. in 4. dist. 16. q. 3. art. 2. illæ circumstantiæ mutant speciem peccati, quæ habent specialem repugnantiam cum recta ratione, diuersam ab ea, quæ est in ipso peccato secundum se: siue iuxta Scotum in 4. dist. 17. quæ speciali prohibitione prohibentur. Quibus consonat, quod idem S. Thom. quæst. 18. artic. 10. concludit. Quandocumque aliqua circumstantia respicit specialem ordinem rationis vel pro, vel contra, oportet, quod circumstantia det speciem actui mortali, vel bono, vel malo. Sed in proposito reperitur circumstantia, quæ habet specialem repugnantiam cum recta ratione; & quæ speciali prohibitione prohibetur: præter peccatum enim, quod prohibetur præcepto, Non machaberis; aut, Non concupiscet, vel isto. Non occides, adest peccatum Religioni oppositum. Oratio quippe ad virtutem Religionis pertinet: qui autem vocaliter orat, & sic orando consentit mortali luxuriæ, aut odio, grauius contra virtutem Religionis offendit; cum ipsa postulet, vt exhibeatur Deo cultus ac reuerentia, & vt oratio, quæ

De Circumstant. aggrau. Res. LXVII. &c. 377

quae ipsius est actus, reuenter ac pie fiat, qui sic oras. magnam committat in Deum irreuerentiam, valde erga illum impietate habeat.

2. Confirmatur: quia quis non iudicat magnam fore irreuerentiam, si quis Principi suo loquatur, ab eoque petat aliquid, ac interim hostiliter ab eo auertatur, & dorsum ei vertat: Ita vero se ad Deum habet ille, qui vocaliter ipsum orat, & interim eum mortaliter offendit: per peccatum enim mortale auertitur a Deo, tanquam a fine ultimo, ipsique inimicus efficitur. Per talem ergo orationem valde se habet irreuerenter ad Deum, ac per consequens peccat notabiliter contra virtutem Religionis. Vnde ex his concedit Syluius, quod aliquis toties peccat mortaliter, quoties orat perseverans in affectu peccati mortalis, & in voluntate illud committendi. Concedit etiam, quod si aliquis orationem interrumpit, ut obscena animo obsceno loquatur, vel ut cum adnente meretrice fornicetur, vel ut inimico sibi obuioso lethale vulnus infligat, praeter peccatum luxuriae, aut odij, etiam peccabit grauius contra reuerentiam Deo debitam.

3. Sed si haec essent certa, facit Deus, quod multi in lethale crimen saepius non incidere: & ideo recte Pater Suarez, circa praesentem casum non ita fatetur ut Syluius, sed cum formidine loquitur. Sic enim ait: *de Religione, tom. secundo, libr. tertio, cap. 4. numero 15.* Est mihi verisimile, si quis dum vocaliter orat in delectatione & cogitatione motose delectatur, peccatum mortaliter contra castitatem, etiam peccare per circumstantiam contrariam Religioni, vel venialiter aggrauantem, quod certum, vel etiam mortaliter, quod licet sit incertum, timendum est, quia videtur grauis Dei irreuerentia. Ita ille.

4. Verum ego satis probabiliter puto contra Syluium in casu proposito non adesse peccatum lethale: quia, ut fatetur ipsemet Syluius, Minus est orando consentire turpi cogitationi occurrenti ex humana fragilitate, quam ex malitia, vel odio perseverare in voluntate committendi aliquod peccatum mortale. Sed quicquid asserat Syluius, si quis orat non solum in peccato mortali, sed etiam cum proposito actuali, & voluntate peccandi mortaliter, non peccat, ut docet Sanchez *in ipsius tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 9. num. 3.* & alij. Ergo, &c. Confirmatur, quia qui orat sine aliqua intentione, videtur gratiam irreuerentiam afferre Deo: & tamen non est certum talem peccare mortaliter. Vide Trullench *in Decalogum, tomo primo libr. 1. cap. 7. dub. 10. num. 6.* & alios. Ergo, &c.

2. Notandum est tamen hic obiter, quod qui vouit aliquo die ieiunare, non toties peccat, quoties in illo die carnes comedit, & ita aduersus Suarez *de Religione, tom. 2. lib. 4. cap. 7. num. 12.* docet nouissime Paulus Layman *in Theolog. mor. lib. 4. tract. 4. cap. 3. num. 3.* fed ego de hac quaestione alibi etiam egi *in tract. de ieiunio, resol. 45.*

Sup. hoc in Resol. 1. not. praeterit, & in eodem §. in fine, & in Resol. 5. vlt. in principio, & in tom. 4. tr. 6. Resol. 82. & 83. & in alio §. eorum not.

RESOL. LXVIII.

An qui dixit peccatum oblitus alicuius circumstantiae, satisfaciat postea in alia confessione explicando grauitatem circumstantiae oblita? Ex part. 1. tractat. 7. Resolut. 45.

§. 1. **R**espondet negatiue Nugnus *in addit. ad 3. part. tom. 2. quest. 9. art. 1. dub. 2.* vbi sic asserit: [Quando multa peccata sunt eodem actu, ut quando quis furatur bona Ecclesiae, non sufficit, se accusare de furto: similiter, quando quis occidit Clericum, non sufficit se accusare de homicidio, sed in utroque casu debet explicari sacrilegium: atque adeo si obliuiscatur illius circumstantiae, debet postea de illa se accusare. Sed tunc est dubium, utrum sufficiat confiteri illam circumstantiam, secundum se; an vero sit necessarium illam confiteri per modum circumstantiae, dicendo totum peccatum simul fuisse, scilicet, furtum cum sacrilegio: Angelus dicit, hoc secundum esse necessarium. Et ista sententia videtur mihi magis vera: quia aliter non vere explicatur malitia. Et hoc magis certum est, quando peccatum ordinatur ad alterum, ut quando quis furatur ad mactandum.] Ita Nugnus.

2. Sed Suarez *in 3. part. disp. 21. sect. 2. num. 8.* & 9. *Coninch de Sacram. disp. 7. dub. 7. n. 60.* Reginaldus *in praxi, tom. 2. lib. 6. c. 4. n. 141.* Filiucius *tom. 1. tract. 7. cap. 4. n. 80.* & alij, contrarium docent: in casu tamen, quo tam peccatum, quam circumstantia possunt separatim sufficienter explicari. Et ideo, qui iurauit non percutere Clericum, aut ieiunare in vigiliis, sed postea Clericum percussit, aut ieiunium in vigiliis perrexit, & in Confessione solum expressit, se Clericum percussisse, aut ieiunium perrexisse, nullam habens iuramenti memoriam, satisfaciet in alia Confessione, dicendo, se licitum iuramentum perrexisse. Et idem dicendum est de voto.

3. Similiter, qui furatus est calicem, sed in Confessione ex obliuione dixit se furtum commisisse, non expressa circumstantia calicis: in secunda Confessione satisfaciet dicendo, se mortale sacrilegium commisisse. Et ideo doctrina Nugni *vbi supra*, intelligenda est cum distinctione Suarez, & aliorum.

RESOL. LXIX.

An Sacerdos, vel initiatus sacris Ordinibus, si aliquem percutiat, teneatur explicare in confessione hanc circumstantiam? Ex part. 1. tract. 7. Resol. 8.

§. 1. **T**eneri docet Nugnus *in addit. ad 3. part. tom. 2. quest. 9. art. 2. dub. 3. conclus. 5.* vbi sic asserit: [Quando initiatus sacris Ordinibus occidit, vel abscindit membrum alterius, vel notabiliter percutit, vsque ad effusionem sanguinis, teneatur explicare, se esse initiatum sacris: quia hoc maxime repugnat proprio statui propter irregularitatem annexam. Et credo etiam probabiliter, quod Sacerdos teneatur explicare, se esse Sacerdotem: quia effusio sanguinis maxime repugnat Sacerdotio.] Ita ille.

2. Sed, si aliquis dictam circumstantiam taceret, non

RESOL. LXVIII.

Si quis in die ieiunij saepius comedit carnes, & lacticia, quaeritur, an distincta peccata commiserit, & in confessione aperienda? Et notatur, quod qui vovit aliquo die ieiunare, non toties peccat, quoties in illo die carnes comedit. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 156. alias 157.

§. 1. **R**espondeo affirmatiue, & ita docet Coninch *de Sacram. disputat. 7. dub. 5. numero 42.* vbi sic ait: In Quadragesima comedere saepius per diem, & comedere carnes, & comedere oua, sunt singula particulariter & distinctis praecipis prohibita, vnde singula habent distinctam prohibitionem Ecclesiae, eiusque fini repugnantiam, quod inde patet, quod vnum saepe sine altero permittatur, & consequenter continent distinctam malitiam in confessione explicandam. Ita ille, *Thm. 1.*

non illum damnarem : quia est solum circumstantia
aggravans.

Duces, sed si pradii non pralientur, tenentur istam
circumstantiam in confessione explicare, nempe esse
Duces, aut Milites. Ex p. 1. tr. 7. Ref. 6.

RESOL. LXX.

An Prelato precipienti aliquid sub precepto obedi-
entia, si subditus non obediat, peccet dupliciter, & te-
neatur hanc circumstantiam in confessione aperire.
Ex p. 1. tr. 7. Ref. 16.

§. 1. **A**firmatiue respondet Villalobos in summ.
tom. 1. tr. 9. dub. 56. n. 14. vbi sic ait: El Re-
ligioso, que no obedee al Prelado, quando lo manda
por obediencia, comete un pecado con dos malicias,
que es contra Religio, y contra obediencia; y assi
todo lo debe en Confession explicar.]

2. Sed pro contraria, sententia aduersus Hispanum,
alium Hispanum ponamus, & hic est Ledelma in sum.
to. 1. de Punit. c. 10. concl. 6. fol. mibi 338. vbi sic asse-
rit: [Se puede dezir muy probablemente, que el tal
religioso comete un pecado mortal, que tiene
una sola malicia, porque aunque quebranta-
miento del precepto sea contra la virtud de obediencia,
y de Religio; pero no es contra materia necesaria
de obediencia, sino es por participacion de la virtud
de Religio, mediante el voto que hizo: y assi el
tal pecado no tiene mas que una malicia.] Ita ille. qui
erat Caiet. in 2. 2. q. 88. art. 5. ad 3. & Sotum de iust.
lib. 1. c. 2. art. 3. ad 1. Super hac materia consule
teriam huius Operis Partem. Tract. 4. de Sacrament.
Resolut. 67.

Que hic est
inf. Ref. 165,
§. in Ref. 16.

RESOL. LXXI.

An Pralatus, si omittat correctioem subditi, satisfaciat
dicendo in confessione, omisi correctioem pro-
ximi?
Idem, quod dictum est de Pralato, dicendum est de Pa-
tre, Tutore, Domino respectu tamen mancipij, non
autem respectu famuli ob salarium seruientis.
Ex p. 1. tr. 7. Ref. 57.

Sup. hoc in
to. 7. tr. 4. in
fin. Ref. 22.
& in Ref. 13.
§. Hinc. & §.
Sed ego. ad
med. verif.
Hinc.

§. 1. **N**ecessè esse, vt dicat se esse Pralatum illius,
docet Bañez in 2. 2. q. 33. a. 3. dub. 1. concl.
ult. & nouissimè Villalob. in sum. to. 2. tract. 4. diff. 6.
n. 4. quia ad corrigendū subditum tenetur ex iustitia,
2. Aliqui autem putant, quòd obligetur ex mise-
ricordia; & idèò secundum illos notabiliter tantum
aggravat ista circumstantia: vnde in confessione non
erit necessariò aperienda. Et hanc sententiam proba-
bilem existimat Ioan. Sancius in suis practicis dispu-
tationibus, disp. 6. n. 9. nam sententiam Bañez verio-
rem tantum vocat. Quod diximus de Pralato, dicen-
dum est de Patre, Tutore, Domino, respectu tamen
mancipij, non autem respectu famuli ob salarium
seruientis: quia mancipium est sub dominio Domini,
& ad eius curam pertinet, actiones mancipij dirigere;
non autem famulorum.

Sup. his in
Refol. 2. nor.
præterita, &
in eodem, §.
Sed. & verif.
Hinc. & inf.
in Ref. 163.
§. Quæro
septimo.

RESOL. LXXII.

An Episcopus, & Generalis alicuius Religionis, si
peccet mortaliter, teneatur explicare hanc circum-
stantiam?
Et notatur, quod Episcopus fornicans non tenetur cir-
cumstantiam Episcopatus fateri, nisi fornicatio illa
ab Episcopo, seu Generali Religionis admissa ita pu-
blica esset, vt scandalum pareret?
Et cur sim aduertitur, quod quando omnes ciues tenentur
ad praliandum, specialiter teneantur Milites, &

§. 1. **A**firmatiuum sententiam docet Fagundez
ad 3. part. tom. 2. q. 9. art. 2. dub. 3. concl. 2. & 3. vbi ita
asserit: Quando ipse pœnitens est Episcopus, tenetur
explicare istam circumstantiam in quocumque pec-
cato mortali: quia Episcopi, ratione proprii status,
tenentur ad perfectionem vitæ Christianæ habendam,
sed huic perfectioni ex æquo repugnat quodcumque
peccatum mortale: ergo notabiliter aggravatur in
Episcopo, ex hac circumstantia, quodcumque pecca-
tum mortale. Et hoc probabiliter etiam procedit in
Generalibus Ordinibus, eò quòd Generales Ordinum
sunt quasi Episcopi, & tenentur alios monere ad per-
fectionem. Ita Nugnus.

2. Sed ego oppositum dicendum esse censeo; &
ita puto, non esse talem circumstantiam necessariò in
confessione aperiendam. Et ita docet Coninch de Sa-
cram. disp. 7. dub. 4. n. 18. vnde Filliuc. tom. 2. tract. 30.
cap. 7. num. 125. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 9.
dub. 36. num. 14. Sanch. de matr. tom. 2. lib. 7. disp. 27.
n. 33. Hentiquez lib. 5. cap. 5. num. 6. in Glossis, lit. G.
& alij qui asserunt, quòd fornicans Episcopus non
tenetur Episcopatus circumstantiam fateri, nisi forni-
catio illa ab Episcopo, seu Generali Religionis ad-
missa ita publica esset, vt scandalum pareret: tunc
enim aduersus specialem officij obligationem delin-
querent, qua tenetur subditos, non solum verbo, sed etiam
exemplo pacere, atque ad eò specialem malitia ex
status, ac officij circumstantia contraheretur, eaque
est necessariò fatenda.

3. Itaque ex his apparet, quòd Episcopus, si oc-
cultè fornicaretur, satisfaceret, non solum tacendo
se esse Episcopum; sed etiam diceret, se habere tan-
tum votum castitatis, vt supra diximus de Sacerdo-
te, vt Religioso professò fornicante. Et ita docet
Sanchez vbi supra, quidquid in contrarium asserat
Fagundez de Præcept. Eccl. tr. 2. lib. 4. c. 3. n. 8. qui citat
Ledelmam, & alios multos. Sed, quod dictum est de
Episcopo cum Sanchez, à fortiori procedit in Ge-
neralibus Religiosis. Notandum est etiam hic con-
tra Nugnum vbi sup. quòd quando omnes ciues te-
nentur ad praliandum, specialiter tenentur milites, &
Duces: sed supradicti non tenentur istam circumstan-
tiam explicare, nempe, se esse milites, & duces: quia
dicta circumstantia est solum aggravans, & idèò non
necessariò in confessione aperienda.

RESOL. LXXIII.

Vtrum Sacerdos, vel Religiosus professus satisfaciat in
confessione, si dicat se violasse votum castitatis, non
manifestando votum solenne, quod habet?
Et hoc idem est de femina, vel viro, si carnaliter se
commisit cum Sacerdote, vel Religioso professò,
aut cum Moniali; non satis sit dicere in confessione
se toties fornicatum esse, vel copulam Sodomiticam
habuisse cum viro voto castitatis adstricto.
Et notatur eum, qui votum castitatis simplex in saculo,
vel Nouitiatu emisit, & postea in Religione professus
est, vel si post votum simplex castitatis sacri Ordi-
nibus iniitit, sufficere, si dicat, se habere votum
castitatis, & non tenetur explicare circumstantiam
sacrorum Ordinum, vel professionis in Religione.
Ex p. 2. tr. 7. Ref. 4.

§. 1. **N**egatiue respondet Palatius in 4. disp. 16. Sec. hinc
dub. 3. num. 31. Rodriguez in summa, to. 1. in Ref. 10.
mo 1. cap. 109. num. 5. Layman in Theol. mor. lib. 4.
tract. 10.

Medina in summ. lib. 1. cap. 14. §. 18. Petrus Fay in addit. ad 3. part. quest. 9. art. 2. disp. 7. ad 2. Aragon. in 2. 2. quest. 8. art. 7. Azorius part. 3. lib. 3. cap. 27. quest. 10. Coninch de Sacram. disp. 7. dub. 4. num. 20. Fagundez, & Villalobos, ubi infra. Ledesma in sum. tom. 1. de Penit. c. 19. in circumstantia persona, dub. 2. Henriquez, ubi inf. & alij, qui putant, votum sacerdotale castitatis, differre specie à voto simplici.

2. Sed ego puto, contrariam sententiam esse probabilem: & ita illam vocavit Villalobos in summ. tom. 1. tract. 9. dub. 37. num. 13. Henriquez lib. 5. de Penit. cap. 5. n. 6. in Glossa, litt. G. Fagund. de Precept. Eccles. tit. 2. lib. 4. cap. 3. num. 6. & illam etiam absolute docet Llamas in summ. part. 3. cap. 8. §. 14. Megala in 1. part. lib. 5. cap. 11. num. 8. Filiuc. tom. 2. tract. 30. cap. 9. num. 124. & 125. Sanch. de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 27. n. 27. Sufficit igitur, in confessione Regularem, seu Monialem professam, dicere, se fregisse toties votum castitatis, & tacere circumstantiam professionis: quia votum solemne à simplici non differt specie, neque alterius rationis vinculum est, sed solum accidentaliter. Idem dicendum est de Sacerdote seculari: non enim in confessione tenetur dicere, se habere sacros Ordines, sed satis est dicere, se habere votum castitatis, & contra illud toties peccasse.

3. Et hoc etiam dicendum est de femina, vel viro, si carnaliter se miscuit cum Sacerdote, vel cum Religioso professo: nam satis est dicere in confessione, se toties fornicatam esse, vel copulam Sodomiticam habuisse cum viro voto castitatis adstricto.

4. Notandum est etiam hic intra Fagundez de Precept. Eccles. tract. 2. lib. 4. cap. 3. n. 10. ci qui votum castitatis simplex in saeculo, vel in Nouitiatu emisit, & postea in Religione professus est, vel qui post votum castitatis simplex sacris Ordinibus initiatus sufficere, si dicat se habere votum castitatis: non tenetur explicare circumstantiam sacrorum Ordinum, vel professionis in Religione. Et ita docet Sanchez ubi supra, num. 25. & 35. cum Azorio, Rodriguez, & Henriquez. Vide tertiam huius Operis Partem, Resol. 67. Tract. 4. de Sacram.

cantur; quod sufficit, ut in confessione dicant se peccatum carnis commississe cum habente votum castitatis, & non est necesse explicare, an sit Sacerdos, professus, vel Religiosus, aut Episcopus.

Et curissimè inferitur, an sit peccatum proferre verba consecrationis, aut formam Baptismi sine vero pane, aut sine vera aqua?

Et queritur, an infans promotus ad sacros Ordines obligetur ad castitatem seruandam?

Et an continentiam teneatur seruare, qui sciens votum castitatis annexum receptioni Ordinis sacri ordinatur ante annos pubertatis?

Et quid de ordinato ante annum decimum sextum, ubi Concilium Trid. est receptum?

Et an tale votum possit irritari etiam post annum pubertatis ab eis, quorum cura suberat is, qui intra annum pubertatis fuit ordinatus?

Nota tamen, obsecro, quod si nacta pubertate Ordinem susceptum exercearis, aut alia via approbaueris, obligatus esses ad castitatem seruandam, & resilire non potes.

Et an inuincibiliter ignorans votum calibratum implicitum contineri in receptione Ordinis sacri, teneatur seruare castitatem, si sciens, & prudens sacrum Ordinem recipiat?

Et quid dicendum est, si cum metu cadente in constantem virum Ordinem sacrum receperis, an tenearis seruare continentiam? Ex p. 10. tr. 1. & Milc. 1. Ref. 12.

§. 1. **T**ria peccata committere, specie distincta, docet Hurtadus de Sac. Ord. diff. 26. ubi sic ait: Constat ergo, actum venereum exteriorem Sacris initiati, qui saltem implicitè vouit, esse triplex peccatum distinctæ speciei, nempe vnum luxuriæ contra castitatem; & aliud sacrilegij contra religionem, ex qua obligat votum; & aliud quasi sacrilegij contra duliam sacram ratione legis Ecclesiasticæ id prohibentis intuitu reuerentiæ statui Ecclesiastico debita. Addidimus actum venereum exteriorem, quia interior, vt voluntatis, & appetitus, quo non potest Ecclesia iudicare, non erit peccatum contra duliam sacram, quia non est contra dictam legem Ecclesiasticam, quia Ecclesia nequit illum prohibere. Ita ille; & post illum Caspensis in Cur. Theol. tom. 2. tract. 27. disputat. 3. sect. 3. num. 25.

Sup. hoc inf. in §. Ex his, huius Ref.

2. Sed Resolutio huius casus pendet ex illa celebri Quæstione, an oblatio continentia annexa Ordini Sacro sit immediatè lege Ecclesiastica, vel à Voto? Et Prima sententia asserit, Sacris initiatos iure Ecclesiastico, & immutatè teneri ad dictam continentiam, & non ex Voto. Et in primis teneri iure Ecclesiastico, probatur, quia, qui omnino ignoraret annexum esse Votum continentia Sacris Ordinibus, aut qui id sciens intenderet non vouere, non contraheret peculiarem obligationem continentia; quod videtur fallum. Quod vere non teneatur ex Voto, probatur, quia qui Sacris initiatur, etiam si ab Episcopo de continentia seruanda admoneatur; nullum tamen continentia Votum emittunt; ergo ad illam non obligantur ex voto; quia nemo obligatur voto, nisi à seipso emissio. Ita Valentia, tom. 4. disp. 9. §. 6. punct. 5. §. 2. & alij. Secunda sententia firmat Sacris initiatos non teneri immediatè ad continentiam ex lege Ecclesiæ, sed teneri immediatè ex voto Sacris Ordinibus ex lege Ecclesiastica annexo. Ita Valq. in 3. part. tom. 3. disp. 247. Malderus de Institut. tractat. 10. capite 5. dub. 9. conclus. 5. Lessius lib. 2. cap. 40. dub. 19. Suar. de Relig. tom. 1. tract. 1. libro 3. cap. 3. num. 9. & alij. Tertia sententia tuetur, Sacris initiatos ad dictam continentiam teneri, non solum ex voto Ordinibus Sa-

Sup. hac q. est, cursum in to. 2. tr. 5. in fin. Ref. 113. & late in tom. 3. tr. 1. Ref. 77. §. Et ideo, & seqq.

RESOL. LXXIV.

Sacris Ordinibus initiati exercentes actum venereum exteriorem quot peccata committant?

Et quot peccata committant in solo appetitu, & voluntate interiori?

Et resolutio harum questionum pendet ex illa celebri; an obligatio continentia annexa Ordini sacro sit immediatè à lege Ecclesiastica, vel à voto?

Et notatur, quod si quis non vult vouere, sed cum expresso animo non vouendi suscipit Ordinem sacrum, & fornicatur, in illo actu fornicationis non peccat peccato sacrilegij contra votum, quia non est aliquod votum; sed peccabit tamen non emittendo votum, quod emittere debet.

Et an si quis in Sacris, & cum voto initiatus attemptet contrahere matrimonium, & illud attemptatum consummet, an tunc etiam peccet contra preceptum Ecclesiæ prohibentis matrimonium contrahere, & ideo in hoc casu tripliciter peccet?

Et an Sacerdos professus fornicans satisfaciatur in confessione, si dicat se esse Sacerdotem, aut professum, aut Religiosum; ac proinde etiam Sacerdos secularis, & etiam Episcopus non teneatur explicare circumstantiam Sacerdotij, aut Episcopatus, sed tantum, quod habet votum castitatis?

Idem est dicendum de illis, qui cum supradictis forni-



eris ex lege Ecclesiastica annexo, si illud saltem implicite emiserant; sed etiam immediate lege Ecclesiastica. Ita Coninch *de Sacram. disp. 20. aub. 13.* & Rebellius *lib. 3. de Matrimon. impediment. quest. 10.* Castrus Palas *tom. 4. tract. 27. punct. 17. num. 5.* Quarta sententia est Layman *lib. 5. tractat. 9. capite 11. numero secundo, in fine*, admittentis obligationem legis cessante voti obligatione, secus voti obligatione posita.

3. Sed licet ego omnes istas sententias existimem probabiles; tamen adhaereo secundae sententiae Patris Vasquez, quam tenet etiam Dicaillus, *vbi infra*, Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 27.* & alij innumerati penes ipsum. Dico igitur obligationem istam solum esse ex voto seruandi castitatem; constitutionem vero Ecclesiasticam tantum esse ad annectendam obligationem emittendi tale votum; cogit enim Ecclesia eos, qui in Sacris ordinantur, ut votum uocent castitatis; non quidem expresse, sed in facto ipso susceptionis Sacri Ordinis ad eum modum, quo per delationem habitus Professorum, & exercitium actuum illis solis competentium in Religione approbata inducitur tacita solemnis Professio. *cap. V. de Regularibus.*

4. Nota vero, quod licet ego teneam, ut dictum est, obligationem continentiam in habentibus Ordinem Sacrum immediate oriri ex uoto, non vero ex constitutione Ecclesiae; negare tamen non possumus, quin obligatio non contrahendi matrimonium ex duplici capite oriatur: nam ex ipso, quod constitutione Ecclesiastica inhabiles facti sunt ad valide contrahendum; resultat ex natura rei obligatio non attentandi talem contractum: & ex alio capite, quamuis ea inhabilitas non adesset; ex ipsa vi voti oritur obligatio non inuendi matrimonium; quia est ille status oppositus obseruantiae perfectae castitatis, atque in hoc sensu, quantum ad hanc partem, aliquid habet veritatis sententia Rebellij, & Coninch, quae ex utroque capite constitutionis Ecclesiasticae, & voti, putat oriri obligationem; quam tamen nos existimamus solum quantum ad contrahendum matrimonium ex utroque capite oriri.

5. Ex his inferitur decisio dubij appositae a titulo huius Resolutionis. Dico itaque contra Tortadum, & Caspensem, Sacerdotem, qui inuit in aliquem lapsus sensualem, non committit tria peccata. Et ita docet Dicaillus *de Sacram. m. 1. tract. 6. disp. 11. dub. 26. n. 399.* vbi sic ait: Cuius voti castitatis annexi Ordini, quem suscepit, etiam si peccet postea fornicando; non peccat triplici malitia peccati, scilicet contra constitutionem Ecclesiae praecipientis castitatem in honorem Ordinis, ut aliqui volunt; & in super contrarium praecipitum; ac tandem contra votum. nec enim illa prima malitia, seu peccato peccat; in iuxta dicta, praecipitum siue constitutio Ecclesiae non attingit immediate continentiam, sed votum emittendum in eo Ordine; quod tamen iam acquisit ordinatus; quamuis hic, & nunc non seruet tale votum. Ita ille.

Sup. hoc in
ton. 2. tr. 5.
R. 4. n. 5. vlt.
in principio.

6. Nota etiam ex his, quod, si quis nolens uouere, sed cum expresse animo non uouendi suscipiat Ordinem Sacrum, & fornicetur; in illo actu fornicationis non peccat peccato sacrilegij contra votum; quia non est aliquod votum. Quia tamen semper illi instat obligatio faciendi votum; peccabit quidem in non emittendo votum, quod debet emitte; ipse tamen actus fornicationis non erit fractio fidei Deo praestitae, quam nondum illi praestitit. Quemadmodum, qui pro tali, aut tali die habet obligationem emittendi professionem Religiosam; etiam si peccet illam non faciens; si tamen non facit; non peccat contra paupertatem, quam debuif-

set uouere (cum nondum illam uouerit) etiam si possideat bona. Deinde Sacerdotem professum fornicantem, satisfacere in confessione, si dicat se esse Sacerdotem; aut si dicat, se esse Professum; aut si dicat, se emisisse votum castitatis, non explicando se esse Sacerdotem, aut Professum, aut Religiosum; ac proinde etiam Sacerdotem sacularem, etiam Episcopum non teneri explicare circumstantiam Sacerdotij, aut Episcopatus. Atque in uouerum, paucis complectendo omnia, quicumque in Sacris, siue Religiosis, siue non Religiosis, & quicumque Religiosis, siue in Sacris constitutus, siue non, si peccatum fornicationis committat; satisfacit in confessione, dicendo, se fornicatum fuisse, habendo votum castitatis. Fundamentum est; quia nec ratione Sacri Ordinis, nec ratione status Religiosi praecise, & formaliter, alia obligatio non committendi tale peccatum oritur, praeter eam, quae est ex voto ordini annexo, & in statu Religioso incluso. Quod enim votum sit solemne, vel non solemne, ad praedictam est. Secus autem erit, si quis Sacris, & cum voto initiatus attentet contrahere matrimonium, & illud attentatum consummet; tunc enim peccabit quidem contra praecipitum Ecclesiae prohibentis matrimonium contrahere; & prohibito videtur esse facta in honorem illius status; & praeterea peccabit contra Religiosum, & votum castitatis in ea copula, atque etiam contra sextum praecipitum, cum sit inualidum matrimonium. Item peccabit peccato sacrilegij, quale censetur in eo, qui attentat facere, aut uicipere Sacramentum inualidum; tale autem illud matrimonium attentatum; dum; tale autem illud matrimonium attentatum; perinde atque peccatum est proferre, v. gr. uera Consecratus, aut formam Baptismi sine uero pane, aut uera aqua; sic enim quis attentat efficere sacramentum matrimonij sine materia aut subiecto capaci, quare ipse non est. Et haec omnia recte docet Dicaillus loco citato, quae maxime notanda sunt; non enim ita breuiter, & clare Lector inueniet apud alios Auctores.

7. Sed ad pleniorum huius materiae tractationem breuiter discutienda sunt aliqua dubia; & ideo quaero primo: An infans promotus obligetur ad castitatem ser. andam? Affirmant Paludanus *in 4. dist. 37. quest. 1. art. 1.* Antoninus *3. p. tit. 1. cap. 8. concl. 1.* fauet Richardus *in dist. 25. art. 4. q. 2. ad 3. propter ea*, quod castitas Ordini sacro accessoria sit; ergo infans Ordinem sacrum recipiens, & castitatem seruare obligandus est. Opposita tamen sententia communis, & vera est, quam pluribus relatis, firmat Sanchez, *lib. 7. disputat. 30. num. 3.* Vasquez *disp. 246. num. 25.* Barbosa *alleg. 15. n. 4.* Gutierrez *de Matrimon. cap. 94.* circa finem, Coninch, *disp. 20. aub. 14.* Ratio est; quia nec ex lege praedictus infans attingitur, nec ex voto. Non ex voto; hoc enim liberum consensum uouentis requirit; qui tamen non est in infante carente usu rationis. Non ex lege; quia, cum lege diuina nullus ad castitatem obligetur, Ecclesiastica iuris diuini imitatrix est, nemini eam obligationem imponit.

8. Quaero secundum: an continentiam teneatur seruare is, qui sciens votum castitatis annexum receptioni Ordinis Sacri, ordinatur ante annos pubertatis? Negant varij, quos citat, & sequitur Sanchez, *lib. 7. de Matrim. disput. 30. n. 8.* Lessius *lib. 2. de Peccatis, c. 41. dub. 7. num. 58.* nisi post annos pubertatis ubi Tridentinum est receptum. Sed oppositum videtur uerius. Probatur quoad prius, quia certum est votum castitatis ante annos pubertatis emissum esse validum; hic autem non apparet, ex quo capite sit

fit invalidum: nam quod Professio in Religione ante illos annos vim non habet; oritur ex constitutione Ecclesie, qualis nulla est in presenti casu. Idem ostenditur quoad posterius, quia Tridentinum sess. 25. cap. 15. de Regularibus? solum agit de professione in Religione, quam annullat. Existimo ergo, quod licet ea sit iusta causa dispensandi, immo iuxta probabilem sententiam tale votum possit irritari etiam post annos pubertatis ab eis, quorum cura suberat is, qui intra annos pubertatis fuit ordinatus; ipsum tamen votum non fit eo ipso irritum. Et ita hanc sententiam tenet Castrus Palaus, tom. 4. tractat. 27. punct. 17. num. 10. & Jo. Prapositus in 3. part. quest. unica, de Sacram. Ord. dub. 20. num. 199. Nota tamen, quod si nata pubertate, Ordinem susceptum exercueris, aut alia via approbaveris obligatus esses ad castitatem servandam, & resistere non potes; vti notarunt Sanchez, Coninch, & alij locis allegatis.

9. Quæro tertio: An inuincibiliter ignorans votum cœlibatus implicitum contineri in receptione Ordinis Sacri; teneatur seruare continentiam, si sciens, & prudens sacrum Ordinem recipiat? Sanchez lib. 7. de Matrimon. disp. 27. num. 11. affirmat. Sed contrarium videtur verius. Sequitur ex dictis, cum obligatio voti non possit inueniri, nisi verum votum intercedat: illud autem non potest inueniri, vbi nullum est voluntarium: voluntarium verò esse non potest respectu eius, quod inuincibiliter ignoratur. Et ita hanc sententiam tenet Ioannes Prapositus, vbi supra num. 200. & 201. qui respondet ad omnia argumenta Sanchez. Sed in hac difficultate differunt Palaus loco citato num. 11. cum Coninch, disput. 20. dub. 14. num. 145. Qui bene aduertit, quod hic casus vix in Ecclesia Latina locum habere potest, cum omnes ante collationem Ordinis Sacrorum moueantur ab Episcopo de obligatione castitatis seruandæ.

10. Et tandem quæro quartò: quid dicendum, sit cum metu cadente in constantem virum Ordinem susceperis: an tenearis seruare continentiam? In presenti difficultate, præter eos, qui vniuersim censent vota graui metu facta, seu cum metu cadente in constantem virum, esse nulla iure naturæ; aliqui censent tale votum iure positio esse irritum, & ptoinde initiationum Sacris Ordinibus ex tali metu non obligari ad continentiam: ita Sanchez disp. 29. n. 5. vbi plurimos citat, & lib. 4. in Decalogum cap. 4. n. 12. Lessius cap. 40. dubit. 3. num. 18 & alij. Et ita docet Prapositus vbi supra, num. 202. Et ideò Palaus, loco citato, num. 13. probat nullum votum metu factum iure naturæ irritum esse: iure verò positio sola ea vota, quæ statum Religiosum constituunt, tametsi irritanda veniant. Quo posito, si cum Ordines susceperis, expressè non contradixeris obligationi seruandæ castitatis; teneas eam seruare, tum ex voto, tum ex lege. Sed probata coactione, credo facillè Ecclesiam tibi prædictam obligationem remissuram. Sed circa omnia supradicta, ne deseras etiam recognoscere doctissimum Granadum in 3. part. D. Thoma, contr. 9. tract. 4. disp. 1. sect. 1. & seqq.

RESOL. LXXV.

An Religiosus professus, qui emittit votum de non committenda molliè, vel fornicatione teneatur, explicare hanc circumstantiam voti emissi post professionem: & idem queritur, de Sacerdote, vel Sacris Ordinibus initiato? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 9.

1. Respondeo negatiuè; nempe non teneri declarare in confessione se hac de re post votum

professionis aut sacrorum Ordinum, speciale votum emisisse: quia per votum solemne castitatis in professione emillum, & dum sacros Ordines susceperis, ad id ipsum tenebatur; & multiplicatio nota votorum nullam etiam addit circumstantiam aggrauantem; nec se obligauit de nouo, sed veterem obligationem cum illo voto confirmauit: sicut, qui sæpe promitteret aliquam rem cum iuramento, vel publicas scripturas de illa efficeret. Et ita docet Fagundez de Precept. Eccles. tract. 2. lib. 4. cap. 3. num. 11. qui citat Sanch. & Llamas. Et ideò Filliuc. tom. 2. tract. 30. cap. 7. num. 26. asseruit: aliquem habentem votum solemne, & simplex, non teneri vtrumque exprimere: quia votum solemne, & simplex differunt tantum accidentaliter, & non est circumstantia in confessione aperienda.

38. §. Itaque. Prope hoc. à verè. Vnde ex his quibus illa differ ab ista questione quia in illa additum est iuramentu voto, &c.

RESOL. LXXVI.

An quando aliquis solus se polluit tangendo aliquem professum, vel in Sacris constitutum, teneatur explicare hanc circumstantiam? Ex part. 1. tractat. 7. Resolut. 53.

1. Negatiuè respondet Llamas in sum. p. 3. c. 8. §. 16. vbi sic asserit: [Quando sola molliè committitur tactibus Professi, vel in Sacris constituti, si patiens est secularis, non tenetur amplius dicere, nisi: Passus sum voluntariè pollui tactibus alienis. Neque in sacris constitutus, vel Professus amplius tenetur dicere, nisi, tangens impudicè, alium pollui. Et si non sit cognitus, non tenetur explicare. Et sum in sacris, vel Professus, aut Professa Religionem, nisi illi etiam accidat voluntaria pollutio, vt de se liquet, qui sacra persona non est in tali casu violata.] Ita Llamas, sed an probabiliter, iudicent viri docti: nam oppositam sententiam existimo veram.

Sup. hoc in Ref. seq. & in 17. tr. 1. Ref. 242. §. Non deseram.

RESOL. LXXVII.

An Regularis, vel Monialis, vel aliquis in Sacris Ordinibus constitutus, si sacralarem polluit, committat sacrilegium? Et an patiens in prædicto casu pollutionem, circumstantiam personarum teneatur aperire? Ex part. 9. tract. 9. & Misc. 4. Resol. 66. aliàs 65.

1. Pro negatiua sententia adduxit alibi Llamas primum Auctorem huius sententiæ: postea adduxi Nicolaum Misciscensem Dominicanum: & Ioannem Caramuelem Cisterciensem: nunc assero eandem sententiam docere Iacobum de Grassis Benedictinum, de casibus reseruat. lib. 3. cap. 8. num. 39. cui nouissimè adde Patrem Gesualdum Cappucinum in Theolog. moral. tom. 1. tractat. 27. cap. 10. num. 16. vbi sic asserit: Sequitur, quod quando sola molliè committitur tactibus professi, siue alicuius in Sacris Ordinibus constituti, si patiens esset secularis, non tenetur amplius dicere in confessione, nisi passus sum voluntariè pollui tactibus alienis; neque Religiosus amplius tenetur dicere, nisi causam tangens impudicè alium pollui, & si non sit cognitus, non tenetur explicare: ego sum in sacris, siue Religiosus, nisi etiam illi accidat voluntaria pollutio consummata. Et ratio huius est, quia persona sacra non est in tali casu violata contra votum Castitatis. Hæc Gesualdus.

Alibi in Ref. præterita, & in alia eius anco.

2. Sed profusus hanc sententiam reiiciendam esse puto. Et ego illam alibi improbaui; & me citato, improbat Trullench vbi infra, & etiam, me citato, sapien

fapientiffimus Onie Jo in p. 2. D. Thome, tr. 6. contr. 5. p. 10. n. 70. Vnde in summa Llamas inuenitur expuncta talis opinio iussu noſtræ Sanctæ Inquisitionis Hispanicæ, in Indice expurgatorio edito anno 1632. à Cardinali Antonio Zappata littera H. fecundæ Classis. Et ideo non approbo id, quod asserit nouiffimè Tamburinus in *Method. expedit. Confess. l. 2. c. 5. §. 10. n. 66.* vbi sic ait: si tu tuis manibus polluas vxoratum, vel Sacerdotē, &c. debes id explicare; quia cooperaris ad adulterium, vel sacrilegium; at si te suis manibus alius polluat, parum refert pro tuo peccato contra Castitatem, quòd ille fuerit vir, vel foemina, vel Sacerdos; tunc enim (si aliud non additur) se habent illæ manus, vt merum instrumentum; & solum adest cooperatio cum alterius te polluentis peccato. Ita ille, qui sentit cum Llamas, scilicet culpam patientem pollutionem ab aliquo in Sacris constituto, non tenet amplius dicere, nisi passus sum voluntariè pollutionem tactibus alienis, & non teneri explicare circumstantiam personæ sacræ. Sed hanc sententiam, vt diximus, delevit ex Llamas index expurgatorius. Rectè itaque Trullench in *Decal. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 8. §. 1. n. 2.* sic ait: Hinc fit quando mollities committitur tactibus Professi, aut in Sacris constituti, esse id in confessione aperiendum, vt bene existimat Diana *tratt. de circumstantiis, res. 53.* contra Llamas *summa part. 3. cap. 8. §. 16.* Ita Trullench, & iterum ego. Vnde caute legendi sunt Tamburinus, Gesualdus, Graffius, Mosciensis, & Caramuel; & caueant in posterum Auctores hanc sententiam in suis Operibus amplius imprimere.

Quæ hic est Resol. antecedens.

RESOL. LXXVIII.

An mulieri peccanti cum Religioso Sacerdote satis sit dicere se commississe sacrilegium cum Sacerdote, vel initiato sacris Ordinibus?

Et an Religiosus Sacerdos, quando se accusat in confessione in simili casu non teneatur dicere se esse Religiosum Sacerdotem, sed sufficit dicere se esse Religiosum, vel Sacerdotem, aut sacris Ordinibus initiatum, &c. Ex part. 1. tr. 7. Ref. 3.

Sup. hoc sup. §. 1. Negatiuè respondet Sotus in 4. dist. 18. q. 2. in Ref. 33. §. 6. Et in hoc, & inf in Refol. 165. §. 10. Ref. 3. & §. 10. Ref. 4.

Art. 3. & de iust. lib. 2. q. 8. art. 5. ad 1. Coninch de Sac. disp. 20. dub. 3. n. 131. Ledclina in sum. to. 1. de penit. cap. 19. de circumstantia personæ, dub. 2. Zanardus in direct. Theol. part. 1. tract. de penit. c. 18. Petrus Fay in addit. ad 3. part. quest. 9. art. 2. disp. 7. ad 3. & alij: quia votum solenne castitatis à Religioso emissum, alterius speciei est à specie voti Sacerdotis, in Ordine suscepto.

2. Sed ego contrarium asserendum esse censeo: & ita docet Pirigianus in 4. serm. tom. 2. dist. 16. q. vnica, artic. 5. Henriquez lib. 5. de penit. c. 5. n. 6. in Gloss. lit. G. Sanchez de matr. lib. 7. disp. 27. n. 27. & nouiffimè Villalobos in sum. tom. 1. tra. 9. cap. 37. n. 13. vbi ita asserit: *El Sacerdote professò en el pecado de la carne satisfage con decir, que es professò, ò que es Sacerdote. El fundamento desta sentenciã es, que el Sacerdote no tiene obligacion à la castidad, mas que la del voto solenne, que assi se incluye, y assi el voto del Sacerdote, y el del Religioso no hazen diferente especie, si no solo es reiterar el voto, como el que hizo tres, ò quatro vezes voto de ayunar los viernes: que si le quebrase, no haze mas que vn pecado: que es como el que hizo muchas escrituras de obligacion para pagar vna deuda, que no por esso queda obligado à pagar mas.* Ita ille, qui etiam citat Medinam, Azorium, & Rodriguez. Et hanc sententiam probabilè vocat Ioann. de la Cruz in *director. conf. part. 1.*

precept. 6. art. 6. dub. 8. conclus. 3. & Lessius lib. 4. c. 3. dub. 1. n. 87.

3. Dicendum est igitur: penitentem acculantem se de copula, satisfacere dicendo in confessione, se habuisse copulam cum Sacerdote; & non tenetur dicere, illum Sacerdotem fuisse Religiosum. Ita Religiosus Sacerdos, quando se acculat in Confessione, non tenetur dicere, se esse Religiosum Sacerdotem; sed sufficit dicere, se esse Religiosum, vel Sacerdotem, aut sacris Ordinibus initiatum, &c. Et hanc sententiam etiam probabilè vocat Fagundez de *Præcept. Eccles. tract. 2. lib. 4. cap. 3. num. 4. in fine.* Vide super hac materia *tertiam meam Partem, Ref. 67. Tract. 4. de Sacrament.*

RESOL. LXXIX.

An mulier habens rem cum Nouitio, vel solutus cum Nouitia Religiosa teneatur aperire hanc circumstantiam?

Et quid, si mulier haberet rem cum Clerico minorum Ordinum? Ex part. 1. tract. 7. Ref. 7.

§. 1. Affirmatiuè respondet Llamas in *summa, p. 3. c. 8. §. 14.*

Sed mihi placet contraria sententia, quam docet noster Megala in 1. part. lib. 5. cap. 11. num. 7. quia, cum hæc circumstantia sit tantum aggravans, non est in Confessione aperienda. Quæ doctrina magis procedit, si mulier haberet rem cum Clerico minorum Ordinum: quia talis circumstantia non ita notabiliter aggravat malitiam luxurie. Et ita docet Llamas *vbi supra.*

RESOL. LXXX.

An si quis fornicaretur, gestando aliquod frustum Reliquiæ Sanctæ Crucis clauorum, vel spinae coronæ, aut Hostiæ consecratæ, occultè, debeat necessariò hanc circumstantiam in Confessione explicare? Et quid gestando Reliquias Sanctorum, vel Agnæ benedictum?

Idem est, quando non solum quis cum complice peccaret, sed etiam cum polluerit se ipsim. Et idem est, si Parochus, dum iuret cum sacro oleo ad ministrandum Sacramentum Extremæ Vnctionis, in itinere cum illo rem haberet cum muliere. Ex part. 1. tract. 8. & Misc. 8. Refol. 58.

§. 1. Olim docui fornicantem gestando Reliquias, vel Agnæ benedictum non esse strictum hanc circumstantiam explicare, & ita me citato cum Sanchez, Fagundez, Lugo, Fillucio, Trullench, Bonacina, & aliis tenet Leander de *Sacram. tom. 1. tractat. 5. disput. 8. quest. 1. 5.* quia contentant tantum se habent ad actum venerem, sicut ad quoduis aliud peccatum. Verum hanc opinionem ego non audeam extendere ad fornicantem, & gestantem Reliquias Sanctæ Crucis, clauorum, vel spinæ coronæ propter contactum physicum Corporis Domini nostri Iesu Christi, vnde ex hoc ab Ecclesia coluntur adoratione.

2. Et idem puto si aliquis ex iusta causa gestat Sacramentum Eucharistiæ occultum, & cum illa fornicaretur, vnde ad elucidationem omnium si prædictorum, non deterram hic apponere verba Patris Dicastilli, qui de *Sacrament. tomo secundo, tractat. 8. disputat. 9. dub. 8. num. 718.* sic ait: Dubitare quis posset circa hanc circumstantiam, quomodo id de quo agit Sanchez lib. 2. *moral. cap. 40. num. 28.* & ante ipsum Azor. & alij

De Circumstant aggrau Ref. LXXXI. &c. 383

alij referendi. An scilicet peccatum admissum gestando reliquias sanctas in collo aut aliam imaginem, si id peccatum alioquin non sit directè contra cultum eis debitum, sit peccatum explicandum in confessione: Eandem quæstionem tractant alij in particulari casu exercendi actum venerum ea liplana gestando.

3. In hac re Philarchus de officio Sacerdotis tom. 1. part. 2. libr. 3. cap. 9. ad finem; affirmare videtur. Sanchez verò citatus vniuersim videtur negare, & in eandem sententiam refert Azorium tom. 1. lib. 9. cap. 8. quæstione septima, quamuis enim de quibusdam peccatis loquatur Azor. verbi gratia peierandi, futuandi, detrahendi, maledicendi, &c. & non vtatur exemplo fornicationis, idem putat Sanchez illum sensisse in hoc. Cum Sanchez consensit Fagundez in primo præcepto Ecclesie numero primo, cap. quarto. num. 13. Diana etiam, qui tum part. 1. tractat. 7. de circumstantiis aggrauantibus. tum part. 3. tractat. 4. resolu-

5. Imo ego puto idem dicendum esse, si Parochus dum iret cum Sacro Oleo ad ministrandum Sacramentum Extreme Vnctionis infirmo, in itinere cum illo rem haberet cum muliere.

RESOL. LXXXI.

An gestatio Reliquiarum, in actu venero, vel illas amasia dare, sit circumstantia in confessione aperienda?

Idem est de Agno benedictio, vel calculo cum Indulgentia.

Et quid, si prædicta res dentur amasia non ex gratitudine, & benevolentia, sed tanquam pretium actus veneri; an in isto casu esset sacrilegium hoc facere?
Ex part. 1. tractat. 7. Resolut. 18.

§. 1. **R**espondeo, quòd si in actu venero gestetur Reliquia, vel Agni benedicti, vel calculi cum Indulgentia, non committitur sacrilegium, nec talis est circumstantia in confessione explicanda: quia comitanter se habent ad actum venerum. Quod etiam procedit, si dictæ res sacræ dentur amasia ex gratitudine, & benevolentia; non autem tanquam pretium actus veneri: nam in isto casu esset sacrilegium hoc facere; in primo verò est tantum irreuerentia quædam, re sacræ, & Deo dicata remunerando actum turpem, & profanum. Et ita docet Filiucius to. 2. tract. 3. c. 7. n. 229. Ad tertia huius Operis Partis Tractatum 4. de Sacram.* Resol. 67.

Sup. hoc in Ref. præterita in principio §. 1. sed lege cam per tota & infra in Ref. 165 §. 1. in Ref. 18.

* Que hic est infra Ref. 165 §. 1. in Ref. 18.

RESOL. LXXXII.

An si quis haberet concubitum cum vestibus sacris, istæ polluerentur, & deberet hanc circumstantiam in confessione aperire?

Et an in tali casu vestes sacræ debeat iterum benedici?

Et cur sim docetur perditissimos homines in ore coire, & in hoc casu turpitudine illa contra naturam consistit, unde hoc in confessione explicandum est. Ex part. 1. o. tract. 12. & Misc. 2. Resol. 55. alias 54.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Marchant in Tribu-nali Sacram. to. 2. tract. 7. tit. 1. q. 2. §. 7. res. sol. 2. vbi sic ait: ad sacrilegium spectat, si quis in habitu Sacro, vt Planeta, Catula, Tunica, Alba, vel aliis ornamentis Sacris fecerit concubitum haberet, illa enim istis fœditatibus sicut & Ecclesie contaminantur. Vnde qui Sacris amictus peccatum carnis committeret, crederem illum circumstantiam illam debere exprimere, tanquam sacrilegium extrinsecum constituentem. Ita ille. Vnde si quis haberet copulam cum vestibus Sacris, istæ vestes tanquam pollutæ deberent iterum benedici, vt de Ecclesia polluta ex concubitu, vel emissione seminis statuitur.

2. Nota etiam hic obiter cum eodem Marchant vbi supra, §. 7. resolutione secunda, quosdam perditissimos etiam in ore coire, & in hoc turpitudine illa contra naturam consistit; vnde in confessione hoc esse explicandum alibi docuimus.

Alibi in to. 2. tr. 6. Ref. 184. §. vlt. ad medium, à vers. Erideo.

RESOL. LXXXIII.

An sit circumstantia aperienda in confessione, si quis haberet copulam in Oratorio alicuius domus, in quo de licentia Episcopi Missæ celebrantur?

Idem dicendum est, si copula haberetur in Sacrificio Ecclesie, vel in porta Ecclesie, à parte externa Ecclesie.

Sup. prima diffie. huius tituli signanter in tom. 4. tr. 2. Ref. 63.

Quæstio 67. vbi in resolut. addit etiam Syluium secunda secunda, ad quæst. 154. articulo, decimo in fine, duo in hac re possumus querere, primò an sit irreuerentia, deinde an sit grauis, & explicanda in confessione, mihi in hac videtur distinguendum inter actiones, quæ peccata sunt, itavt quædam in prudenti hominum æstimatione videantur asserere secum irreuerentiam, si exercentur à gestante secum aliquid sacrum; quædam verò non ita, ideo meritò Azot in prædictis peccatis posuit exemplum, & non in fornicatione; licet quæstionem generaliter mouerit. Exerere ergo actum turpem cum meretrice non videtur posse negari esse aliquam irreuerentiam, si quis simul habeat secum Sanctorum Reliquias. Sed Cardinali Lugoni non videtur irreuerentia tanta vt sit mortalis, adeoque debeat explicari in confessione, quod mihi quoque videtur probabile præsertim cum non sit lex Ecclesiastica, quæ id constituit in materia reuerentiæ erga reliquias Sacras. Idem cum Azorio sentio (in quo à fortiori consensit Sanchez) non esse irreuerentiam reliquiarum si quis eas gesserit, tunc ex ira maledicere alicui, aut tunc furari, &c. esse tamen (vt sentit Lugo) irreuerentiam aliquam tunc fornicari, nisi forte inaduertentia, aut ignorantia ab omni culpa excuset, tales enim actus, & similes in prudenti æstimatione continent indecentiam, licet, vt dicebam non mortalem. Posset tamen tanta esse sanctitas eius, quod gestatur, & adeò crescere inde irreuerentia in tali actu, sub ea circumstantia, vt meritò censetur grauissima; Ideò meritò dixit idem Cardinalis disputatione illa decima - sexta, numero 513. Loquens de Sacerdote, qui secum portans Eucharistiam tale peccatum committeret. Ego sanè non excusarem à peccato graui contra Religionem, cui doctrinæ omnino subscribo. Addit tamen non esse eandem rationem de quolibet alio peccato mortali, verbi gratia, detractioe contumelia, &c. Quamuis & in hoc ego non possum non videre magnam irreuerentiam, si quis Sacerdos portans secum pro ægroto venerabile (etiam secretò vt in aliquibus locis iustus de causis fit) intermitteret, & in conuersatione effunderet detractioes, contumelias, peccaria, aut etiam minus honestis, & decentibus Ludis, Aleæ, Cartifoliorum, & similibus vacaret. Verùm hæc omnia prudentis æstimationis iudicio videntur relinquenda. In quo mihi nulla occurrit regula generalis ad id discernendum. Huc vsque Dicatillus.

4. Et omnia superius dicta ego puto non solum procedere quando quis cum complice peccaret, sed etiam cum pollueret se ipsum, militat eadem ratio, nempe irreuerentia nimis magna. Ergo, &c.

Ecclesia, vel in Monasterio in cellis Religioformi, etiam si Superior Conuentus singulis noctibus benedicat dormitorium, & aqua aspergat Istrali, & ibi sit Altare ad celebrandum. Ex part. 1. tract. 7. Resolut. 20.

Sup. hoc lege doctrinā Ref. seq. & ex illa deducere potes, quid est sententiā de contentis in hac Ref. & vide etiam in to. 2. tr. 6. ex Refol. 247. § Colligitur quarto.

§. 1. **R**espondeo negativē: & ita docent Sanchez de matr. 10. 3. lib. 9. disp. 1. §. n. 39. & alij: Idem dicendum est, vt his diebus in casu occurrenti ego respondi, si copula habita sit in porta Ecclesie, à parte externa Ecclesie, vel in Monasterio, & cellis Religioformi, etiam si Superior Conuentus singulis noctibus benedicat dormitorium, & aqua aspergat Istrali, & ibi sit altare ad celebrandum: quia reputabitur tunc tanquam Oratorium privatum. Ita Fagundez Præcept. 2. lib. 4. c. 4. n. 34. & 39. Quæ omnia etiam procedunt, si copula haberetur in Sacristia Ecclesie: nam non esset circumstantia aperienda in Confessione, vt notant Doctores citati, & nos ter P. Megala in 1. part. lib. 5. c. 13. n. 21.

RESOL. LXXXIV.

An qui mœchatus est in Sacristia alicuius Ecclesie, teneatur in confessione hanc circumstantiam explicare? Idem dicendum est de Refectoriis, Cubiculis, Bibliothecis, Dormitoriis, & Monasteriis Regularium, & de Cameris, & Campanilibus Ecclesie adherentibus. Et an si quis furetur aliquid in supra dictis locis, quod sit notabile, teneatur aperire in confessione hanc circumstantiam, vel sufficiat dicere furatus sum? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 165. aliis 166.

Sup. hoc lege doctrinā Ref. præterite, & ex illa inferitur, quod pro omnibus locis contentis in hac Refol. alicuiusdam erit, & in tom. 2. tr. 6. ex Ref. 247. vide §. Colligitur quarto.

§. 1. **R**espondeo negativē, quidquid in contrariū Rasserat Zerola in praxi pan. c. 12. quæst. 27. & alij: quia per locum sacri solum corpus ipsum Ecclesie consecratur, vel benedicte intelligitur; & idem dicendum est de Refectoriis, Cubiculis, Bibliothecis, Dormitoriis, & Monasteriis Regularium, & de Cameris, & Campanilibus Ecclesie adherentibus. Et ita hanc sententiam docet Azorius part. 3. lib. 3. capit. 27. quæst. 1. §. & alij. Vnde inferitur contra Seluam de benefic. part. 2. quæst. 57. num. 2. Zerolam vbi supra quæst. 20. & alios, quod si quis furetur notabile quid in supradictis locis, non tenetur aperire hanc circumstantiam, sed sufficit dicere, Furatus sum; & ita docet præter Azorium loco citato q. 14. Dominicus Sotus in 4. disp. 32. q. 1. art. 3. & alij.

RESOL. LXXXV.

An sit circumstantia aperienda in confessione copula inter coniugatos habita in loco sacro? Et quid, si per longum tempus in illo loco aliquis ex coniugibus detentus sit? Et quid si ibi nullo modo coniuges conclusi sint? Et quod vero longum tempus sit, & intelligatur? Ex part. 1. tractat. 7. Ref. 19.

Sup. hoc lege doctrinā Ref. not. seq. & si gnauer §. Ex his & seq.

§. 1. **R**espondeo negativē, si per longum tempus in illo loco detenti sint; quod verò tempus longum sit, arbitrio prudentis committitur: & in hoc est difficultas. Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 9. disp. 1. §. num. 12. existimat, vnum mensem esse longum tempus. Lessius lib. 4. c. 3. dub. 1. 2. n. 86. quindecim, vel viginti dies. Fagundez verò Præcept. 2. lib. 4. cap. 4. n. 21. decem dies.

2. Sed ego, attenta humana fragilitate, puto cum Suarez in 3. part. q. 83. art. 3. disp. 81. sect. 4. §. tertio violatur, & Petro Ledesma in sū. to. 1. de Sac. Euchar. c. 20. longum tempus esse quatuor, vel quinque dies.

3. Ex his apparet, rectè respondisse Megalam in 1. part. lib. 5. cap. 13. n. 9. non peccasse quandam mulierem, quæ in quadam Ecclesia Regularium reddidit coniugale debitum marito dicenti, se amplius non posse continere; qui ad Ecclesiam confugerat propter delictum; & nulla aderat spes inde exundi, nisi post longum tempus.

4. Sed non reticebo, quosdam Doctores existima- re, copulam coniugalem in loco sacro, si occultè fiat, etiam si coniuges non sint conclusi, non esse peccatum sacrilegij: quam sententiam probabilem putat Valquez in p. 2. tom. 1. disp. 98. cap. 3. n. 6. & illam refert Lessius, vbi supra, & non impugnat; & illam nonissimè docet Pontius de matrim. lib. 1. c. cap. 10. num. 15. & hæc opinio est probabilis, quidquid in contrarium asserat Tannerus in 2. 2. disp. 4. quæst. 2. dub. 3. num. 42. licet contrariam sententiam probabiliorem existimet.

RESOL. LXXXVI.

An tactus impudici facti in Ecclesia habeant specialem malitiam sacrilegij mortalis necessario in confessione explicandam?

Et quid est dicendum de turpi aspectu, aut nutu, aut leni verbo, maxime quando in transitu, & sine notabili mora, & scandalo sunt? Ex part. 1. tract. 7. Resolut. 25.

Et ad pedem litera in part. 2. tr. 17. Ref. 23, sed quia in prima Ref. sunt plures auctores, quam in secunda ideo illa hic tantum transcribitur.

§. 1. **A**ffirmant plures, & præsertim ex neoteris, Silius in 2. 1. q. 154. artic. 10. in fin. Ortiz in summ. notab. in fin. circa 6. præceptum. Sales in p. 2. tom. 2. tr. 1. §. 13. disp. 6. sect. 22. n. 150. in fin. Pitigianus in 4. sent. to. 2. disp. 17. q. unica. art. 5. in circumstantia, vbi in fine. Azorius tom. 1. lib. 4. c. 6. q. 10. Suarez de Relig. to. 1. lib. 3. c. 7. n. 11. vbi citatis Cord. Syluest. Lopez, Rodriguez, & Ledesma, ait: Et ratio huius sententia non fundatur in Ecclesiastica prohibitione: nam hæc prohibitio facta non est, nisi de feminis emissione in Ecclesia; ergo erunt hi tactus impudici, in Ecclesia facti, mortalia sacrilegia ex vi legis naturalis prohibentis illos tactus in loco sacro, tanquam indecentissimos factus eius. In quo genere tactus illi reputantur prudenter materia grauis, & sufficiens ad grauem irreuerentiam loci sacri. Fortasse tamen non erit idem de turpi aspectu, aut leni verbo, maxime quando in transitu, & sine notabili mora, & scandalo sunt: quia non videtur materia ita grauis. De quo non potest ferri certa regula; sed id prudenti iudicio relinquendum est. Hæc Suarez.

2. Sed nimis scrupulose. Puto igitur cum Homobono de exum. Eccles. part. 1. tr. 5. cap. 12. q. 77. Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 9. disp. 1. §. n. 21. Fagundez Præcept. 2. lib. 4. cap. 4. n. 31. & Coninch de Sac. disp. 7. num. 22. probabilius esse, etiam tactus turpes, & impudicos, habitos in Ecclesia, modò non adsit periculum pollutionis, ratione loci sacri non habere specialem malitiam sacrilegij in Confessione aperiendam. Et ratio est: quia, vt docet Valentia 2. 2. disp. 6. q. 1. §. punct. 1. §. præterea: cum Henricus lib. 5. de Pen. c. 6. n. 5. & Valq. in p. 2. tom. 1. q. 72. art. 6. disp. 98. num. 4. malitia & specialis deformitas sacrilegij non cogitatur ex iure naturæ; sed ex solo Ecclesie statuto, quod decernit, Ecclesias tantum ex sanguinis, & feminis effusione violari. Itaque vt optime etiam docet Caltanus tom. 1. tract. 7. respons. 13. dub. 1. tunc loci circumstantia sacrilegium constituit, cum peccata in eo admittà impediunt diuina posse ibi celebrari, mortuos sepeliri, &c. sed tactibus, quamuis impudicis,

dicit, ut patet, non violatur Ecclesia, neque per illos impediuntur divina Officia: ergo tales actus, etiam turpes non erunt sacrilegij, neque continebunt circumstantiam in Confessione detegendam.

3. Post hæc scripta, inveni sententiam Suarez, & aliorum, docere, etiam ex neotericis, Raphaelem de la Torre in 2. 2. 10. 2. quæst. 99. art. 3. disp. 7. ubi quærit, quando sacrilegia pertinentia ad actus turpes in Ecclesia sint peccata mortalia: & respondet, esse mortalia in fornicatione, pollutione, & tactibus impudicis in partibus inhonestis, & idè apertenda in Confessione. Sed nostra opinio tuto praticari potest. Proxima dubitationi ista non dissimilis methodo fit adiuncta.

RESOL. LXXXVII.

An pollutio occulta facta in Ecclesia contineat sacrilegij malitiam, necessario in sacra confessione manifestandam?

Idem queritur de fornicatione. Ex part. 1. tractat. 7. Ref. 26.

§. 1. **L**iceat sententiam affirmatiuam cum verbis Raphaelis de la Torre incipere. *Is in 2. 2. D. Th. tom. 2. q. 99. art. 2. disp. 7. sic ait:* [Secundus gradus sacrilegij in loco sacro continet actiones fornicitatis in Ecclesia exercitas: quod quidem limitant ad fornicationem publicam, videlicet, per facti evidentiam, eo modo, quo talia crimina sciri possunt, vel iudicium probationem, aut rei confessionem. At verò si fornicatio sit occulta, aium, non esse sacrilegium, necam circumstantiam loci sacri, esse necessariò apertendam in Confessione. Sed hæc sententia falsa mihi videtur: quia talis fornicatio contrariatur, etiam secluso omni iure positivo, sanctitati Ecclesie, non solum propter malitiam eam, quam includit, verum etiam propter fecunditatem actus, cuius turpitudinem, etiam nullum esset peccatum, sanctitati Ecclesie, & eius munditiei repugnans est. Eandem sententiam prius etiam docuerat Suarez de Relig. tom. 1. lib. 3. c. 7. n. 4. primò, quia, licet fornicatio non violet Ecclesiam actu, ut sic dicam, & in foro Ecclesie, quando occulta est; tamen Ecclesia suo præcepto non prohibet tantum seminationem illicitam in Ecclesia, sed simpliciter feminis emissionem voluntariam. Et hinc est, quod licet in principio, talis actus occultus non polluat Ecclesiam; nihilominus, si postea fiat publicus, incipit Ecclesia esse polluta. Ergo à principio, actus ille fuit culpabilis contra Ecclesie prohibitionem: quia culpa non pendet ex futuro euentu; nimirum, an fornicatio illa sit aliquando futura publica, necne; & actus ipse de se polluit sufficienter. & idè est contra specialem prohibitionem Ecclesie,] Hæc Suarez, quem sequitur etiam Sanchez de matr. tom. 3. lib. 9. disp. 1. §. n. 11. & Bonac. de matr. q. 4. punct. vlt. n. 7. & alij.

2. Sed non reticebo, negatiuam sententiam, quam fallam vocauit Raphael de la Torre; tanquam probabilem, amplexum esse Gabrielem Valquez in p. 2. tom. 1. q. 7. 2. art. 7. disp. 98. c. 3. num. 6. Accipe eius verba: [Ex dictis colligitur, frustra aliquos torque-ri in assignanda ratione, ob quam blasphemare, vel loqui turpia in loco sacro, præter malitiam, quam habent in alio loco, non habeant malitiam peculiarem ex loco sacro: ratio enim facilis est: quia, nimirum, lege humana non est ita statutum, vt blasphemia, vel turpi sermone locus sacer prophanetur, sicut de pollutione definitum est; idèque illis peccatis non inferitur peculiaris iniuria loco sacro, qualis inferitur pollutione, aut sanguinis effusione. Vbi

Tom. 1.

etiam obseruandum est, satis probabile videri, non esse peculiare peccatum sacrilegij, cum effunditur semen occultè in Ecclesia: quia, secundum sententiam communem, quam sequuti sumus in tractatu de violatione Ecclesiarum, tantum violatur locus sacer pollutione notoria: si ergo hæc effusio èd tantum est sacrilegium; quia locus sacer ea profanatur, & tollitur consecratio, aut benedictio; quia nulla alia ratio est, vt speciale peccatum sit; sit, vt notoria tantum effusio speciale peccatum sacrilegij sit.] Hæc Valquez, quem nouissimè sequitur Basilius Pontius de matr. lib. 1. c. 1. n. 15. Vnde probabiliter puto, hæc circumstantiam, non esse in Confessione apertendam, licet contrariam sententiam probabiliorem existimem, quam contra Valquez docet Tannerus id par. 2. D. Thomæ disp. 4. q. 2. dub. 3. n. 42.

RESOL. LXXXVIII.

An pollutio, vel fornicatio occulta in Ecclesia sit sacrilegium? Ex part. 7. tr. 11. & Misc. 2. Ref. 31.

§. 1. **N**egatiuam sententiam esse probabilem saltem ex principio extrinseco, quia illam docuerunt duo lumina Theologiae Scholasticæ & Moralis, Valquez & Pontius alibi docuissent quidam Religiosus contra me olim infurrexit, asserendo me non debuissè dictam sententiam admittere, sed immeritò. Et idè me citato tanquam probabilem dictam sententiam admittit Ioannes Caramuel in Regulam D. Benedicij disp. 66 n. 1017. ubi sic ait: Rogas vtrum fornicatio & pollutio, aut quæcumque alia non naturalis carnis commixtio habita secretè in Ecclesia, sit sacrilegium, & hoc debeat in confessione explicari? Respondeo esse probabile quod non. Ratio est; Quia actus interiores sunt liberi à directa gubernatione Ecclesie, illosque nequit interdicerè, quia nequit agnoscere. Ita omnes Doctores boni nominis. Atqui actus exteriores secreti prout tales, participant eandem rationem, nam illos non potest Ecclesia cognoscere: Ergo, de istis non veniunt intelligenda iura.

2. Dices, actibus exterioribus esse accidentale secretum; si enim quispiam eos vidisset, posset publicare. An non eodem modo actus internos, si quis vidisset, posset publicare: & Angeli, & Dæmones vident, & sæpe publicant. Vnde sic multi philosophandum docent, sic concludunt. Actus externi secreti, si essent publici, cognoscerentur ab Ecclesia. Ergo si isti essent publici, posset interdici: non sunt; ergo interdici nequeunt. Vide, vtram consequentia satis legitime inferatur, & pro scientia tua in hac doctrina iudica; ista enim omnia ex meis principiis inferuntur. Sed Nihilominus, quidquid sit de efficacia huius rationis, quæ videtur difficilis de quo nihil definio; sententia illa Pontij & Valq. est in praxi probabilis ratione auctorum. Hucusque Caramuel, & hæc sententiam tanquam probabilem etiam me citato admittunt nouissimè Ioann. Machadus de Perfecto Confess. tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 4. docum. 3. num. 11. & Trullench in Decalogum, tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 7. num. 7. licet asserant contrariam esse probabiliorem, tutiorem & communiorem quod ego etiam adnotaueram ante ipsos.

RESOL. LXXXIX.

An pollutio occulta in Ecclesia habeat malitiam sacrilegij in confessione explicandam?

Ex quo colligitur ratio, ob quam blasphemare, vel loqui turpia, offensa, & tactus in Ecclesia, non habent

K k

Alibi in Ref. præterita & in Ref. seq. & lege etiam doctrinam aliarum Ref. & §. eius prius not.

habens malitiam sacrilegij. Ex part. 9 tr. 9. & Misc.
4. Ref. 5.

Sup. hoc in §. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Reuerendissimus Magister Candidus, tom. 2. *disquisit. 24. art. 23. dub. 38. num. 40.* vbi sic ait: Improbabilissimum est asserere fornicationem, siue feminis effusionem occulte admittam in loco sacro non habere malitiam lethalem sacrilegij, atque ita loci circumstantiam, non esse necessariam tunc confitentiam; quia per talem culpam ex natura facti, & per se polluitur Ecclesia, licet non teneamur abstinere a celebratione in ea, dum occulta manserit. Tum, quia abique nouo actu, nouaque culpa incipit Ecclesia esse polluta, vbi primum de praterita culpa constitit per famam, aut fornicantium confessionem, iuxta *cap. significasti, de Adult.* Et hanc sententiam docet etiam nouissime Magister Serra tom. 2. in *p. 2. D. Thome, quast. 62. art. 2. dub. 2.* sic asserens:

* Sup. his in Ref. 1. nor. praterita §. Sed ad lin. 6.

* Hinc colligitur ratio ob quam blasphemare, vel loqui turpia in Ecclesia non habet malitiam sacrilegij, sicut illam habet effusio feminis, aut sanguinis: quia scilicet illa non sunt, sicut hæc lege Ecclesiastica prohibita sub motiuo, & ratione, aut intuitu Religionis. Quidam limitant hoc ad notoriam feminis, aut sanguinis effusionem: nam cum solum per eam quæ notoria est, violetur locus sacer, non est peccatum peculiare sacrilegij, cum effunditur semen, aut sanguis occulte in Ecclesia. Hanc tamen limitationem & doctrinam alij falsam esse dicunt: tum quia licet concedi possit Ecclesiam ob occultam pollutionem non debere expiari; admitti tamen non debet, propter illam non pollui aut violari: nam in *cap. Ecclesis, de Consecrat. dist. 1.* dicitur Ecclesiam pollui, aut sanguinis effusione, aut cuiuscumque semine, & *cap. Significasti, de Adulteriis*, præcipitur, vt reconcilietur Ecclesia, in qua mulier secretum adulterium cum Presbytero quodam commiserat, illudque postea publicauit, & falsa est: at non fuit Ecclesia violata, & polluta, per talem publicationem; nam hæc solum fuit violationis manifestatio: ergo per secretam pollutionem. Vnde sicut licet non teneamur vitare eum, qui secretò percussit Clericum, quovisque percussio sit notoria; id tamen non est, quia propter publicationem, incidit in excommunicationem, sed quia non tenemur vitare nisi notorium percussorem; ita licet Ecclesia per effusionem feminis occultam violetur, expianda non est quovisque publicetur, quia solum expianda est quando notum est fuisse violatam. Tum etiam quia licet verum esset, secreta pollutione non violari Ecclesiam; adhuc dici non posset illam non esse sacrilegium; quia Ecclesia illam prohibet sub motiuo, & ratione, seu intuitu Religionis; vnde sicut furtum rerum sacrarum Ecclesie, quamuis occultum sit, & illo non violetur Ecclesia, est sacrilegium: ita & secreta feminis effusio; ad rationem enim sacrilegij facta est, si fiat contra sanctitatem ad quam Ecclesia consecratur, consecratur autem vt sit immunis ab omni violentia, & immunditia venerea per feminis effusionem: ergo, &c.

* Alibi in Ref. annot. primæ huius Ref.

2. Verum, licet ego huic sententiae adhæream, puto tamen sententiam negatiuam non esse notam improbabilitatis inuendam; nam illam docuerunt, vt * alibi notavi, duo lumina Academia Salmanticensis, & Complutensis, Gabriel Vasquez, & Basilius Pontius, Gigantes Theologiæ Scholasticæ, & Moralis, ac ingeniorum ætatis nostræ Principes. Et ideo hanc sententiam docet etiam post illos Caspensis in *Cur. Theolog. moral. tom. 1. tract. de Peccatis disputat. 2. sect. 3. num. 20.* Quia cum huiusmodi actus fiant in

loco sacro ex natura rei non est specialis circumstantia in confessione explicanda, quando non sunt ex motiuo Templum in honorandi: alias oscula, & caetera, & turpia colloquia duplicem habent malitiam, quod ipsi negant: tantum ergo ea malitia competit ex prohibitione Ecclesiastica; prohibitio autem Ecclesiastica tantum eam feminis effusionem prohibet in loco sacro: quia Ecclesia ita violatur, vt egeat reconciliatione; non autem eger nisi quando publica est: ergo tantum ea habet speciem sacrilegij, & non alia. Itaque hanc sententiam tanquam probabilem admittit sapientissimus Ouiedo in *part. 2. D. Thoma, tract. 6. controu. 5. punct. 3. §. 9. num. 64.* Et me citato tres alij docti recentiores, Trullench in *Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 7. num. 11.* Caramuel in *Regul. D. Benedicti, disput. 66. conclus. 12. num. 1017.* & Bassæus in *Flor. Theol. mor. verb. Sacrilegium. 11. num. 3.* Igitur in præsentia difficultate libenter adhaereo, vt dixi, affirmatiuæ sententiæ Magistri Candidi, & Serræ tanquam communiori, nego tamen negatiuam Pontij, Vasquez, & aliorum esse improbabilem. Vnde nouissime me citato dixit Leandrus de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 8. quast. 9. num. 11.* Magistrum Candidum sententiam negatiuam vocasse improbabilissimam; vbi addit me merito illam tanquam probabilem admisisse.

RESOL. XC.

An si quis percutiat baculo, ense, &c. aliquem in Ecclesia, debeat hanc circumstantiam in confessione explicare?

Et quid est dicendum, si percussio, vel occisio hominis in Ecclesia fiat, cum effusione sanguinis?

Et asseritur Ecclesiam multis pollui; & pro prædicto aliqui casus adducuntur in textu huius Resolutionis, in quibus deciditur, quando Ecclesia polluitur, necne? Ex part. 11. tract. 5. & Misc. 4. Ref. 44.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Fagundez in *precept. Eccles. precept. 2. lib. 6. cap. 4. n. 14.* vbi sic ait: Effusio peccaminosa sanguinis humani, homicidium iniustum, iniusta percussio, vulneratio, mutilatioque, si fiant in loco sacro, & mortalem culpam attingant, etiam si sine sanguinis effusione contingant, sacrilegia sunt, & ideo circumstantia loci sacri necessariò est confitenda, & si effundatur sanguis, necessariò locus sacer est purificandus. In qua tamen quantitate dicitur infra *num. 18.* Et ratio est: quia hæc omnia aduersantur sanctitati loci, & ideo directè fit iniuria loco sacro: sicut enim violenta extractio hominis è loco sacro est ingens sacrilegium: quia directè aduersatur immunitati Ecclesie, & loci sacri, sic iniuriola percussio, & homicidium, cum hæc directè aduersentur immunitati loci sacri, atque immunitati illius. Ita illes cui adde Iacobum de Grassis in *decis. lib. 2. c. 27. n. 19. & 20.*

2. Sed merito hanc sententiam refellit Cardinalis Lugo de *penitent. disput. 16. sect. 10. num. 468.* sic asserens: Sextò dubitatur de sanguinis effusione: Quando contra hat materiam sacrilegij grauis ratio loci, breuiter dicendum est hominis occisionem in Ecclesia, vel percussioem cum effusione sanguinis contrahere eiusmodi malitiam: hæc enim causant Ecclesie violationem, de quo dixi *dist. disp. 20. deucharistia sect. 2.* Percussio autem grauis sine occisione, & sanguinis effusione, sicut non violat Ecclesiam, sic nec affert illam speciem grauem sacrilegij, quod oportet obseruare contra Fagundez.

gunde. vbi dicit percussione grauem etiam sine effusione sanguinis afferre illam malitiam grauem sacrilegij explicandam: pro qua citat Nauarrus, Syluestrum, Henriquez, & alios, qui id minime dicunt: loquuntur enim expressè de homicidio, aut vulnere cum sanguinis effusione. Et quidem cum non inueniatur Ecclesie prohibitio circa hoc, nisi in illis duobus casibus: absque fundamento extenditur ad illud tertium de percussione absque effusione sanguinis. Hæc Lugo, & post illum Marchinus, qui ponens casus, in quibus violatur Ecclesia, sic asserit de Sacrament. Ordinis tract. 3. part. 3. cap. 10. num. 7. Dico, Ecclesiam multis pollui. Et primò per homicidium voluntarium iniuriolum, d. cap. proposuiti de consecratione Ecclesie, distinet. 1. Vnde excipitur homicidium casuale factum ex stultitia, factum in propria vitæ defensionem cum moderatione inculpatae tutelæ, & quando vulnus inflictum est extra Ecclesiam; quamuis mors in Ecclesia sequatur: secus si vulnus etiam sine sanguinis effusione fit intra Ecclesiam; quamuis mors extra Ecclesiam sequatur: polluitur Ecclesia; quia causa homicidij efficax fuit intra Ecclesiam consummata. Quod si aliquis existens in Ecclesia alium foris existentem sclopo occidat, non polluit Ecclesiam: quia non consummatur actio externa occisionis in loco sacro, sed extra illum: quamuis à loco sacro progrediatur; non est tamen intra illum facta. Secus dicendum, si quis existens extra Ecclesiam, aliquem intra Ecclesiam occidat scienter: quia iniuria facta est Ecclesie, & eadem doctrina est applicanda ad casus effusionis sanguinis, intra, vel extra Ecclesiam factæ. Violatur etiam Ecclesia per suspendium factum intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam, tectum, aut ad Ecclesie parietes exteriores: non tamen sententia Iudicis intra Ecclesiam de suspendendo aliquo polluit Ecclesiam; secus dicendum de occisione Martyris intra Ecclesiam, quæ ex parte persecutoris fuit iniusta, & Ecclesie iniuriola, & ideo non violat Ecclesiam contusio carnis, & ossium fuste, ense, baculo, sine sanguinis effusione, quando non est mortifera, seu quando mors actu non sequitur, non polluit Ecclesiam secundum Nauarrum in man. cap. 27. numero 256. & omnes Doctores. Ratio est, quia Ecclesia polluitur vel homicidio, vel sanguinis effusione; quorum neutrum hic interuenit. Quinimò Suarez d. sect. 4. docet, contusionem inferentem mortem, factam intra Ecclesiam, dummodo mors in Ecclesia non sequatur, non illam violare: quia nec ibi interuenit sanguinis effusio, nec homicidium, quod sequitur extra locum sacrum. Quam opinionem probabilem vocat Fagundez d. c. 14. n. 13: quamuis ipse in Nauarri sententiam descendat, quam ego etiam iudico probabiliorem hac ratione: quia, licet mors sequatur extra Ecclesiam, tamen causa efficax illius fuit intra Ecclesiam consummata, quod sufficit ad Ecclesie violationem, cum illa actio fuerit Ecclesie iniuriola, & mortem per se inferens.

3. Secundo, polluitur Ecclesia per voluntariam sanguinis effusionem cap. si Ecclesia, de consecr. distinet. 1. Vnde excipitur effusio sanguinis in modica quantitate: quia effusio magnam quantitatem significat. Secundo, excipitur effusio iocosa, etiam in magna quantitate; quia per istam nulla Ecclesia grauis iniuria inferitur, & vniuersaliter, nisi percussio facta, sit ita grauis, vt ad culpam lethalem accedat, minime violat Ecclesiam. Tertio, excipitur effusio sanguinis etiam lethifera, seu grauis, & in magna quantitate; quæ de naso profuerit pugno, alapa, & similibus: quia natus est orga-

num sanguinis facile ab hac parte fluentis, vt post alios dicit Graffius decif. aureor. lib. 2. cap. 48. num. 25. Quarto, excipitur percussio grauis facta pugno, alapa, virga, baculo intra Ecclesiam, ex qua nec vulnus, nec mors, nec sanguinis effusio oritur: quia, licet hæc actio sit peccatum lethale, non violat tamen Ecclesiam. Ita Fagundez, in quibus vltimis verbis clarè nostram sententiam docet; videlicet percussione de qua loquimur non esse sacrilegium, vnde hanc circumstantiam non esse in confessione explicandam; quam sententiam tenet etiam Leander de Sacrament. tom. 1. tract. 8. dist. 8. §. 4. 9. 6. qui etiam §. 8. notat (non vt dixit Marchinus vbi supra) quod non committit sacrilegium, qui existens in Ecclesia, alium foris existentem, telo, aut sclopo occidit.

4. Quia non consummatur peccatum, nec actio occisionis in Ecclesia sed extra illam. Secus autem dicendum, si quis existens extra Ecclesiam, aliquem intra Ecclesiam occidat scienter. Quæ doctrina applicanda est ad casum effusionis sanguinis intra, vel extra Ecclesiam factæ.

RESOL. XCI.

An si quis peccauit cum muliere habente votum virginis pro prima copula, & non vltima, teneatur explicare tactus, & oscula post copulam cum ipsa sequuta?

Et dubium est, an oscula & tactus, qua copulam subsequuntur, nouam aliam malitiam continent, & in confessione ob hanc rationem explicari debeant?

Et notatur delectationem, aut gaudium de copula habita immediatè post illam, nouam malitiam non addere, neque in confessione necessario explicandam. Ex part. 1. tract. 5. & Misc. 5. Resol. 41.

§. 1. **D**ubium est, an oscula, & tactus quæ copulam subsequuntur nouam aliam malitiam continent, & in confessione ob hanc rationem explicari debeant, vel eandem malitiam habeant, quam præcedens copula habuit, & ita non sit necessarium illam in confessione explicare? Nouam malitiam continere in confessione explicanda, affirmat Suarez disput. 22. de penitent. sect. 5. Valquez tom. 4. in 3. part. disput. 92. dub. 5. num. 35. Cotechin disput. 7. de penitent. dub. 7. Magis placet opposita sententia, affirmans eandem malitiam cum copula præcedenti continere, & ita in confessione non esse necessariò explicandam. Ratio est: quia huiusmodi actiones, quando ex intentione operantis ad aliam copulam non ordinantur, prout immediatè post copulam exercitæ, pertinent ad accidentalem consummationem actus præcedentis, seu copulæ præhabite, post quam valde connaturaliter sequuntur.

2. Hanc sententiam ego olim docui, & docent Doctores, quos adducit, & sequitur me etiam citato Leander de Sacram. tom. 5. tract. 5. disput. 8. §. 6. quest. 8. quibus adde Ouiedum c. 2. D. Thom. §. vlt. Ref. 120. & in Ref. 165. §. 1n Ref. 42. Docuit in Ref. quæ hic sunt infra §. 6. quest. 8. quibus adde Ouiedum c. 2. D. Thom. §. vlt. Ref. 120. & in Ref. 165. §. 1n Ref. 42.

naso, in Ref. 1. not. præteritæ in fine §. 2. à verè. Ita Fagundez, & seq. & in to. 9. tr. 1. Ref. 133.

Quamuis non plene super his, sed pro gaudèda immunitate Ecclesie si placet in to. 9. tr. r. lege Ref. 74. & alium verèius primæ not. & signatè sup. hoc ibi in fine §. 2.

TION
era
1011
III

landum illam. Sic ille, sed hoc additum non approbat Caffrus Palaus *tom. 1. tract. 2. de peccatis disp. 3. punct. 3. n. 4. & 5.*

3. Verum difficultas est in casu proposito, quam pertractatam non facile apud plures inuenies, & est nimis curiosa, nam prima facie videtur affirmatiue respondendum: quia tactus præcedentes, & ipsa copulam habuerunt malitiam contra votum, tactus vero sequentes cum iam supponant virginitatem sublatam, atque adeo votum cessasse, non habent eam malitiam: ergo non sunt idem peccatum cum præcedenti copula, & tactibus præcedentibus illam, & ad illam ordinatis, & habentibus eam malitiam: quia quæ non sunt eiusdem rationis specifica, nec physica, nec moralis, non videntur posse coalescere in actum indiuiduum vnus speciei moralis: ergo tanquam alterius speciei debent seorsim peccantes confiteri, quæ difficultas habet locum siue ordinentur ad nouam copulam ob pollutionem, siue non, sed sola intendatur duratio voluptatis susceptæ; de qua diximus; siue enim vno, siue alio modo fiant, carent iam malitia contra votum, & in hoc differunt specie à præcedentibus, & copula, quæ eam habuerunt malitiam. Hæc ipsa difficultas haberet locum in casu, quo quis accederet ad coniugatam, & interim dum durat in eo peccato, maritus moreretur illius fœminæ: tactus enim, & turpitudine sequens iam incipit carere malitia adulterij: atque adeo in eo casu non videntur posse esse vniuum indiuiduum peccatum propter eandem rationem. Idem quoque habet locum in opinione satis communi, & D. Thomæ, quod copula cum virgine, etiam contentiente habeat malitiam stupri; qui enim copulam habuit cum illa, & adhuc perieuerat in subsequenti tactibus continuatis, non videtur contrahere malitiam stupri: atque adeo non esse eundem actum cum præcedenti copula, & tactibus ob eandem rationem.

4. His tamen non obstantibus puto supradicta osculam, & tactum non debere explicari in confessione, quia suppositio quod in materia luxuriæ tactus sequentes; componant vnum actum cum præcedentibus, & copulam, etiam si ille actus vnicus habens plures partes quod ad aliquas partes careat illa malitia voti, adulterij, aut stupri, si quo ad alias talis malitia reperitur, non obstat, quo minus absolute dicatur ille actus stupri, adulterij, aut sacrilegij, & partes posteriores, in quibus illa circumstantia non reperiebatur non possunt per se constituere aliud indiuiduum peccatum in specie simplicis fornicationis, quia constituunt propter vnitatem moralem cum præcedentibus vnum indiuiduum, & malitia speciei simplicis fornicationis est illa, quæ reperitur in actu, in quo aliæ inordinationes non reperiuntur, sed sola ratio copulæ naturalis: alioquin non esset simplex fornicatio; Cùm ergo actus ille, qui est vnus moraliter habeat absolute alias inordinationes, non censetur propter eam carentiam malitiæ contra votum, quam solum habet in aliqua parte illius, simplex fornicatio, sed etiam adulterium, vel stuprum, vel voti castitatis, seu virginitatis violatio, quæ malitia absolute, & simpliciter in eo reperitur: atque adeo sufficit dicere se commississe tale stuprum, adulterium, aut copulam cum habente votum nulla facta distinctione, aut separatione, aut mentione tactuum sequentium, tanquam distincti peccati. Et ne in aliena vinea arare videat, hanc lenitiam tenet, & omnia superius docet doctissimus Dicastillus *de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 9. dub. 8. q. 2. num. 461.* cui ego libenter adhæreo.

Super con- 5. Nota hic obiter contra Suarez, & Nauarrum,

delectationem de copula habitam immediate post illam, nouam malitiam non addere, neque in confessione esse necessariò explicandam, quod approbat Lugo *disp. 16. de pœnit. sect. 14.* Ratio huius esse potest, quia talis delectatio tantum est permanentia quædam moraliter continuata cum actu, quo homo voluit habere copulam, & cum delectatione quam ex illa sumpsit. Ita tenet me citato Leander *qu. 9. & Oniedo n. 61.* Itaque dicendum est, delectationem, aut gaudium de fornicatione habita, quæ statim post copulam habetur, non esse in confessione explicandam, quia reuera vnum facit peccatum moraliter cum copula præcedenti: nec affert malitiam diuersam in specie: cum in ipso etiam act: copulæ fuerit delectatio de illa præfenti, quæ nullo modo differt in specie à delectatione, quæ sequitur statim post copulam, de illa præterita, & ita etiam tenet Cardinalis Lugo *de pœnit. disput. 16. num. 555.*

RESOL. XCII.

An vir, qui prima vice virginitatem amisit, teneatur hanc sui scilicet circumstantiam in confessione aperire? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 10.

§. 1. Aliqui, vt notat Nugno *in addit. ad 2. part. tom. 2. q. 9. art. 2. dub. 3. conclus. 5.* affirmatiue respondent: quia etiam vir in illo actu amittit quandam integritatem naturalem, & formaliter amittit ipsam virginitatem, hoc est, virtutem virginitatis, & specialem quandam gloriam, quæ appellatur laureola virginitatis; quæ omnia amittit irreparabiliter in æternum. Hæc autem videtur maximum nocuumentum super omnia nocuumenta temporalia. Ergo tenetur vir talem circumstantiam in confessione explicare.

2. Sed contrariam sententiam, veram esse iudico cum Llamas *in sum. part. 3. cap. 8. §. 17.* Azocio *part. 3. lib. 3. cap. 11. quest. 2.* Fillucio *tom. 1. tract. 39. cap. 5. num. 71.* Henriquez *lib. 2. de Pœnit. cap. 8. num. 2.* Suarez *in 3. part. disput. 22. sect. 4. in circumstantiis.* Quid, Nugno *vbi sup.* & cum aliis communiter. Neque obstat argumentum in contrarium, nam, si verum esset, probaret etiam, primum peccatum commissum à susceptione Baptismi, plurimum augeri à circumstantia innocentie baptismalis per idem amissæ; & idèò explicandum esset in confessione: quod nullus docuit. Videatur Caietanus *in 2. 2. q. 154. art. 6.* Sed difficultas consistit, an idem dicendum de virgine, idèò queritur.

RESOL. XCIII.

An virgines, quando sponte primo fornicantur, teneantur in confessione istam circumstantiam explicare?

Et an peccatum virginis, si sponte consentiat, sine scilicet, siue non sit sub cura tutorum, aut parentum, non sit peccatum stupri, sed simplicis fornicationis; & idèò ista circumstantia non sit in confessione aperienda?

Ex quod inferitur, & recte, quod virgo, qua morose delectatur circa aliquem, non tenetur in confessione aperire circumstantiam virginitatis, & dicere se, cum esset virgo, delectationem de iuvene suscepisse, etiam si virgo se polluat cogitando super illum.

Secundo inferitur iuueni, qui morose delectatur de virgine sine tamen voluntate inferendi ei violentiam, sufficere, si dicat in confessione, se delectationem habuisse, circa fœminam solutam.

Idem dicendum est, si cum virgine copulam habuerit,

nam si sponte consentit, sufficit dicere, se toties copulam habuisse, cum femina soluta.

Et notatur non esse explicandam sodomiam commissam fuisse cum virgine, sed sufficere si dicatur in confessione commissam fuisse cum femina.

Et tamenque aduertitur, sui esse stuprantem feminam per vim fateri se commississe simplicem fornicationem per violentiam.

Et tandem cursum docetur, quod quando virgo sola polluitur, non tenetur exprimere circumstantiam virginitatis. Ex part. 1. tr. 7. Ref. 1. 1.

§. 1. Affirmatiue respondent Doctores, quos citant, & sequuntur Fagundez de Precept. Eccles. tr. 2. lib. 4. c. 3. n. 1. 3. & Bonacina de matr. q. 4. punct. 17. n. 2. Villalobos in sum. 10. 1. tr. 9. dub. 36. n. 15. Azorius p. 3. lib. 3. cap. 1. 1. q. 4. & 5. Filliuc. tom. 2. tr. 30. c. 3. num. 66. & 72. Sylvius in addit. ad 3. part. quest. 9. art. 2. dub. 2. concl. 3. Quibus adde Nugnum in addit. ad 3. part. tom. 2. q. 9. art. 2. dub. 3. concl. 6. & Petrum Fay in addit. ad 3. part. q. 9. art. 2. disp. 8. concl. 1. quia circumstantia virginitatis mutat speciem, & est peccatum stupri; vel saltem est circumstantia aggrauans, maxime si virgo esset sub custodia parentum, & tutorum, vt aliqui volunt, & presertim D. Thomas 2. 2. q. 64. art. 6. Angelus verb. stuprum, in princ. Syluester verb. luxuria, q. 1. Tabiena verb. stuprum, num. 1. verb. luxuriosus, q. 5. n. 6. Armilla verb. luxuria, n. 4. & verb. stuprum, n. 1. Graffius part. 1. lib. 2. cap. 79. n. 1. & Pedazza in sum. precept. 6. §. 2. cum aliis.

2. Sed, his non obstantibus, contrariam sententiam probabiliorem esse iudico, nempe, peccatum virginis, si sponte consentiat, siue sit, siue non sit sub cura tutorum, & parentum, non esse peccatum stupri, sed simplicis fornicationis; & hanc circumstantiam non esse in confessione aperiendam. Et ita docent Viri doctissimi, Lessius lib. 2. cap. 10. dub. 6. num. 5. Coninch de Sacrament. disp. 7. dub. 4. n. 19. Sanchez de matr. tom. 2. lib. 7. disp. 4. n. 5. Valquez Opus. de restit. cap. 3. §. 1. dub. 1. n. 6. & in p. 2. disp. 112. c. 1. num. 1. qui pro hac sententia citat Sotum in 4. dist. 18. q. 2. art. 4. & meritò defendit à calumnia, quam illi imponent omnes ferè Doctores. Idem etiam docet Megala in 1. p. lib. 5. c. 1. n. 1. opin. 4. Navarra de restit. lib. 2. c. 3. n. 4. 19. & alij, quos citat Salas in p. 2. to. 2. tract. 3. disp. 1. 4. n. 5. & hanc sententiam probabilem vocat Tannerus in part. 2. disput. 4. quest. 8. num. 150.

3. Vnde ex hac doctrina inferunt, & rectè, supradicti Authores, quòd virgo, quæ morosè delectatur circa aliquem, non tenetur in confessione aperire circumstantiam virginitatis, & dicere se, cum esset virgo, delectationem morosam de iuvene, vel Religioso suscepisse; etiam si virgo se polluat cogitando super illos: quidquid in contrarium asserant Reginaldus var. resolut. cas. 18. numero 9 qui multos alios citat.

4. Secundò inferitur, iuveni, qui morosè delectatur de virgine, sine tamen voluntate inferendi ei violentiam, sufficere, si dicat in confessione, se delectationem habuisse circa feminam solutam. Idem dicendum est, si cum virgine copulam habuerit: nam, si sponte consentit, sufficit dicere, se toties copulam habuisse cum femina soluta. Et ratio supradictorum est; quia, vt notauimus, quando virgo sponte consentit, peccatum, seu stuprum illud non differt à simplici fornicatione. Et hæc opinio est probabilissima. & tuta in praxi. Notandum est etiam hic à fortiori cum Bonacina de matrim. q. 4. punct. 11. numero 9. non esse necessariò explicandam in confessione sodomiam commissam fuisse cum virgine: sed sufficere, si dicatur, commissam fuisse cum

femina: nam per hoc peccatum non violatur claustrum virginale.

5. Notandum est etiam, vt obseruat Sancius in suis practicis disputatiouibus, aliquos Viros doctos ex Societate Iesv censuisse, sat esse stuprantem feminam per vim fateri se commississe simplicem fornicationem per violentiam. Sic ille disp. 29. licet ipse hanc sententiam in n. 9. non admittat.

6. Et tandem notandum est, quòd, etiam stando in prima opinione, quam supra posuimus, quando virgo sola polluitur, non tenetur exprimere circumstantiam virginitatis, quia, licet per illam pollutionem perdatur virginitas, prout est virtus; non tamen prout dicit integritatem signaculi. Et ita docet Filliucius tom. 2. tract. 30. c. 3. n. 74. Vide Resol. 67. tract. 4. de Sac. in tertia huius Operis Part.

* Suprà in §. Vide, huius Ref.

Quæ hic est in 12 Re. 65,

RESOL. XCIV.

An raptus sit circumstantia necessariò consuetudinaria, si virgo sponte consentit.

Et quid, si parentes actualiter repugnent; quia tunc sit eis manifesta vis, an tunc erit talis circumstantia in confessione aperienda; secus autem minime?

Et docetur, quod quando virgo sponte consentit, stuprum, & raptus non differt à simplici fornicatione, & sic sufficit, vt in confessione quis dicat, fornicatus sum semel.

Nec tenetur corruptor ad aliquam restitutionem faciendam virgini, vel parentibus, quia volenti, & consentienti non fit iniuria, & virgines sunt dominæ sui corporis, non autem parentes, aut tutores. Ex part. 1. tr. 7. Ref. 37.

§. 1. Negatiue respondeo: quando virgo consentit in raptu, quamuis parentes dissentiant, & tutores, ac ij, qui loco parentum se habent, solum erit fornicatio, vel furtum simplex; & non erit necessariò explicanda ratio virginitatis, nec iniuria facta parentibus, si tamen raptum nesciant: nam si parentes actualiter repugnent, quia tunc fit eis manifesta vis, & iniuria, erit talis circumstantia in confessione aperienda: secus autem minime, vt supra diximus de stupro, cum Lessius lib. 2. c. 10. dub. 1. Sanchez de matr. tom. 2. lib. 7. disp. 4. n. 5. & alij. Licet contrarium docuerit Caietanus 2. 2. q. 154. art. 6. ad 1. dub. Corduba in lib. 1. q. 13. Bart. Ledelma de Penit. dub. 10. n. 1. Vega in sum. tom. 1. c. 5. cas. 25. & alij.

Sup. hoc infra in Ref. 165 §. In Ref. 37. & in §. not. primæ post seq. huius Ref.

Suprà in Ref. præterita, & in alia Ref. & §. eius primæ annot.

2. Sed tu tene nostram sententiam. Vnde non tenentur, nec debent Confessarij dictas puellas stupratas, vel raptas, interrogare, an virgines essent: nec corruptores tenentur dictam circumstantiam stupri, vel raptus explicare, nisi cum violenter, ac repugnantem virginem deflorant, vel rapiunt; quia in tali casu solum datur ratio veri stupri, & raptus; non autem, quando virgo sponte, ac liberè consentit: nam in isto vltimo casu, quando virgo sponte consentit, stuprum, & raptus non differt à simplici fornicatione, & sic sufficit, vt in confessione quis dicat: Fornicatus sum semel. * Nec tenetur corruptor ad aliquam restitutionem faciendam virgini, vel parentibus, seu illius tutoribus: quia volenti, & consentienti nulla fit iniuria: & virgines sunt dominæ sui corporis, non autem parentes, aut tutores. Et ita docet Navarra de restit. lib. 2. c. 3. num. 423. Sotus de iust. lib. 4. q. 7. art. 1. ad 2. Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 22. sect. 4. Graffius lib. 2. decis. an. cap. 79. num. 13. & alij. Plura super hac materia reperies in tractatu 4. de Sacram. Resol. 67. * in tertia huius Operis parte.

* Sup. hac restitutionse in Ref. seq. §. Sed te. ante medium, à vers. Conf. matur. & in alio vers. eius annot.

* Quæ hic est infra Ref. 165. §. In Ref. 34.

RESOL. XCV.

Petrus habuit rem cum puella virgine, ipsa tamen consentiente, queritur, an hoc sit stuprum habens malitiam specie distinctam, à simplici fornicatione, & necessario in confessione aperiendam?

Et an violator virginis consentientis nihil teneatur restituere Parentibus, quibus virgo violata subest, quia puella est domina sua virginis integritatis?

Ex quo sequitur delectationes, & desideria in adolescente circa virginem non habere specialem malitiam mortalem super alias delectationes, modo adolescens non habeat voluntatem inferenda violentiæ; unde satis est, si in confessione dicat, se delectationem habuisse, vel desiderium circa feminam solutam, vel habuisse copulam cum soluta, quamvis sit virgo, modo ipsa consentiat. Ex part. 2. tr. 17. & Milc. 3. Ref. 12.

Sup. hoc supra in Ref. 93 & aliquid in Ref. 94. & infra in Ref. 165. §. In Ref. 11.

§. 1. **O**lim affirmativam sententiam mordicus sustinebam cum Villalobos in *summa*, tom. 2. tract. 30. diff. 10. n. 9. Filliuc. tom. 2. tract. 30. c. 3. n. 66. Valent. to. 3. disp. 6. q. 3. punct. 3. Caiet. 2. 2. q. 154. art. 6. ad 1. dubiū Jac de Graff. dec. aur. p. 2. lib. 2. c. 79. Azor. p. 3. c. 1. 1. q. 5. Suarez tom. 4. disp. 2. sect. 4. n. 6. nam in hac defloratione virginis reperitur iniustitia, non contra ipsam personam virginis, quia consentienti non fit iniuria, sed contra finem naturæ, ad quem concessit virgineum claustrum, cui non potest puella renuntiare, est enim custos non domina illius signaculi. Adde quod si filia nubat inconsulto patre, absque iusta causa, peccat contra pietatem paternam; ergo multo magis peccabit, quando consentit se violari; tum quia, ut dictum est, non habet dominium suæ integritatis corporalis, sicut neque habet dominium suæ vitæ; tum etiam, quia pater habet curam specialem corporis filiarum, ut habetur Eccl. 7. *Filia tibi sunt? serua corpus illarum.* Igitur per stuprum infertur iniuria patri, qui custos est corporis filiarum suarum, siue illa consentiat, siue dissentiat; nam per filiarum consensum non subtrahitur filia à custodia, & cura patris, vel tutorum qui gerunt curam patris. Immo nec ipsa poterit consentire, sicut neq. potest consentire, ut sibi abscedatur manus, sed per stuprum fit scissio quedam, & ruptio cuiusdam membrane carnis, ut vult Vesalius de *corpore humani fabrica*, lib. 5. & Fragoletus de *Anatom.* lib. 1. cap. 19. Ergo per stuprum verè infertur iniuria, etiam si puella consentiat.

2. Sed re melius considerata contrariam sententiam amplexus sum, & censo stuprum si fiat consentiente puella, non continere specialem deformitatem, vel iniuriam, supra simplicem fornicationem. Ratio huius sententiæ est, quia non reperitur in stupro specialis deformitas, nisi adsit specialis iniuria; sed quando puella voluntariè consentit, non infertur iniuria, nam scienti, & consentienti non fit iniuria. Ergo in stupro propter consensum puellæ non reperitur specialis iniuria. Nec valet dicere, quod in stupro saltem reperitur iniuria contra parentes, vel tutores inuitos, hoc enim falsum est; nam puella est domina suæ virginis integritatis. Confirmatur, nam contra Valentiam 2. 2. disp. 9. q. 3. punct. 3. Gutierrez 99. canon. lib. 1. cap. 37. num. 24. Lopez part. 1. instr. cap. 77. Rodriguez tom. 1. cap. 208. num. 3. & alios

* Sup. hoc in Ref. præterita §. ult. post medium, à vers. Nec tenetur, & in tom. 8. tr. 7. dub. 7. Sotus, Veracruz, & alij apud Sanchez ubi in

fr. Ergo nulla iniustitia & iniuria confurgit per stuprum aduersus ius paternum. Dicendum est igitur, non dari speciem stupri sine raptu, atque ita violationem virginis sponte consentientis, etiam si sit sub cura paterna, non differre à simplici fornicatione. Et sic hanc sententiam sustinent, & sequuntur Sanctius in *selectis*, disp. 29. n. 7. Lessius lib. 2. cap. 10. dub. 1. Sanchez de *matrim.* lib. 7. disp. 14. n. 11. Valquez opus. de *ref. c.* 3. §. 1. dub. 1. num. 6. Coninch de *Sacram.* tom. 2. disp. 7. dub. 4. n. 19. & alij doctissimi neoterici.

3. Hinc sequitur, ut notat Lessius num. 8. delectationes & desideria in adolescente circa virginem, non habere specialem malitiam mortalem supra alias delectationes, modo adolescens non habeat voluntatem inferenda violentiæ. Unde satis est in confessione, si dicat se delectationem habuisse, vel desiderium circa feminam solutam; vel desiderium circa feminam solutam; etiam si habuerit copulam cum puella, modo ipsa, ut supra dictum est, consentierit. Et hæc circa hanc questionem satis est dixisse. Ad argumenta contrariæ sententiæ patet responsio ex dictis.

RESOL. XCVI.

An sponsus, & sponsa de futuro, cum eis carnaliter fornicantes, teneantur in confessione istam circumstantiam explicare? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 5.

§. 1. **A**ffirmativè respondet Homobonus de *140.* Naldus in *sum. verb. sponsalia*, num. 12. Syluius in 3. p. quest. 43. art. 1. queritur 2. Molfesius Pitigianus in 4. sent. tom. 2. disp. 17. q. unica, art. 5. Samberto *selector. inter. lib.* 1. c. 5. n. 3. & Lopez *instr. ditor. conscient.* p. 1. c. 29. Petrus Fay in *addit. ad 3. p. quest. 9. art. 2. disputat. 7. ad 4.* cum Petro Ledema *ubi infra*: quia duplex est malitia, altera fornicationis, altera fractorum sponsalium, quæ ob id diuini possunt, ex cap. *quemadmodum de iniecur.* Nec valet dicere, hoc procedere in sola sponsa fornicante: nam uterque in corpus alterius per sponsalia ius sibi comparat.

2. Sed, his non obstantibus, non desunt Doctores, qui contrarium docent; nempe, talem circumstantiam non esse fatendam; neque à sponsa. Ita docet Couarruias in 4. decret. part. 1. c. 1. n. 11. Viualdus in *caus. del. libro aureo*, p. 1. in *tit. de sponsalibus*, n. 10. & probabilem hanc opinionem esse docuit Petr. de Ledema de *matr.* q. 43. art. 1. dub. ult. immò probabiliorum putat Azorius apud Filliucium, *ubi infra*: quia circumstantiam mutantes speciem sunt necessariò confitendæ: sed ista non mutat speciem, cum adulterium non sit, ut tenet Henriquez lib. 1. de *matr.* 1. 3. num. 4. ergo &c.

3. Non reticebo tamen, aliquos doctores media via incedere: & ita docet Rodriguez in *sum.* tom. 1. c. 109. n. 3. Sanchez de *matr.* tom. 1. lib. 1. disp. 2. num. 6. Fagúndez de *Præcept. Eccl.* tract. 2. lib. 4. c. 3. n. 1. & Filliucius tom. 2. tract. 30. c. 2. n. 53. Villalobos in *sum.* tom. 1. tract. 9. dub. 36. n. 16. quod talis circumstantia tunc necessariò est fatenda, quando se tenet ex parte femine; id est, dum aliquis fornicatur cum sponsa alterius de futuro: tunc enim tenetur fornicans, & ipsa sponsa fatere hanc sponsalium circumstantiam: at, quando se tenet ex parte viri, quia sponsus de futuro fornicatur, hæc circumstantia non est de necessitate detegenda in confessione.

4. Sed, his non obstantibus, noster P. Megala in 1. p. lib. 5. c. 11. q. 5. num. 9. putat, hanc circumstantiam non esse necessariò aperiendam in confessione, etiam in ordine

ordine ad sponfam : quia , vt diximus ex Henriquez non mutat speciem , neque est adulterium ; ideo existimo , hanc sententiam probabilem esse , & tutam in praxi : & illam etiam docent , vt supra notauimus , Couarr. & Vivaldus. Vide Resol. 67. tract. 4. de Sacram. in tertia huius Operis Parte.

RESOL. XCVII.

An vxoratus. si peccet cum coniugata, teneatur in confessione hoc exprimere, vel sufficiat tantum dicere, se commisisse adulterium? Ex part. 1. t. 5. & Misc. 5. Ref. 51.

§. 1. Sufficere hoc vltimum docet P. Ferrantinus Scapius à me merito laudatus disp. 1. de scandalo quest. 66. num. 119. vbi loquens de vxore reddente debitum in loco sacro, sic ait: Idem docet Azor. loco supra citato tum de habente Ecclesiasticum beneficium, & sacros Ordines, tum de habente ex legitimo privilegio tria beneficia, verbi gratia. Exemplum est Emanuelis Sa v. Confessio, §. quidam putant, apud eundem Sanchez vbi supra num. 8. quod similiter non admittit Sanchez; ait Sa vnicam esse malitiam, si coniugatus peccet cum coniugata, & satis esse fateri dicendo, se adulterium admisisse. Ratio huius, & præcedentis casus est, quia sola multiplicatio præceptorum circa idem secundum eandem rationem, non facit pluralitatem peccatorum. Verum vt dixi, Sanchez neutrum admittit, sed credit in vtroque casu fatendam esse circumstantiam duplicis obligationis, id est, in primo casu ordinis; & beneficij: in secundo status matrimonij vtriusque, sed ego in vtroque casu oppositum existimo probabile, Et ad secundum casum, de coniugato peccante cum coniugata, etiam valent, quæ diximus quest. illa 27. præsertim quando quis vno impulsu calumniam intulit pluribus, &c. Imò si verum esset, quod ipse asserit sequeretur, non duo tantum peccata adulterij committi ab vxore, sed plura, licet non omnia propriè adulteria essent dicenda, & probò. Accipiamus claritatis gratia, Petrum, & Ant. tum sic Petrus duo peccata adulterij committit, primum, quatenus infert iniuriam vxori propriæ: secundum, quatenus etiam infert iniuriam marito Antonia, cum qua peccat: posset quoque dici quod præter ista duo, committeret etiam tertium peccatum inferendo tertio modo iniuriam vxori propriæ, scilicet mediatè, quatenus per suam actionem cooperatur ipsi Antonia inferenti iniuriam vxori propriæ, id est propriæ ipsius Petri, &c.

2. Dices: quidquid sit de hoc tertio peccato, etiam remanet quod Petrus duo adulteria committat inferendo duabus personis iniuriam, vxori propriæ, & marito Antonia, ergo duplex peccatum. Respondeo, adhuc etiam remanet, quod vno actu iniurias illas inferat contra duos, & contra duo præcepta, prohibentia tamen rem eandem, & eodem modo, ac intuitu eiusdem virtutis, iubentis seruari fidem matrimonij, &c. Confirmatur etiam ex eo, quod si Religiosus cum moniali peccet, habendo copulam contra votum tantum peccatum sacrilegij committit, etiam si Deo duplex iniuria inferatur violando vtramque personam ipsi sacram duplici voto. Quamuis aliter sentiat Salas num. 20. cum Viguerio, Alcocer, & Peña, dicens, duplex peccatum in eo euentu committi ab vtroque. Denique confirmatur: Quia si supponatur aliquid esse prohibitum iure diuino, & humano, à Principe sæculari, & à Prælatis Ecclesiasticis, sine excommunicatione, postea verò sub excommunicatione, ac denique

sæpius sub nouis pœnis, ita tamen vt omnia huiusmodi præcepta versentur circa idem secundum eandem omnino rationem, ac intuitu eiusdem virtutis, v.g. furtum, intuitu iustitiæ, tunc qui furatur, vnum peccatum committit, quamuis pluribus legislatoribus iniuriam inferat, & pluribus etiam Dominis, si res furto sublata pertinebat ad plures pro diuisa, &c. Hæc omnia Ferrantinus.

3. Sed ego puto non esse recedendum à sententia Sanchez, cum sit communis inter Doctores quos hinc, ad latietatem possem adducere; & ad auctoritatem Emanuelis Sa adductam à P. Ferrantino pro sua sententia firmanda, sciant lectores, quod in editione Romana correctæ, & impressæ ex ordine Reuerendissimi Magistri Sacri Palatii, hæc opinio in Codice Emmanuelis Sa fuit deleta, & expuncta, vnde cum in prioribus editionibus haberentur verba adducta à Patre Ferrantino, in editione Romana hæc fuerunt apposita; Cum vterque peccans est coniugatus, id exprimendum. Ita ibi, & ita tenendum est.

RESOL. XCVIII.

Virum copula vxoricide, vel adulterij cum promissione matrimonij sit circumstantia in confessione aperienda?

Et in §. vltimo huius Resolutionis recitatinè apponuntur quatuor diuersi casus, in quibus aduertitur circumstantiam illorum esse in confessione aperiendam. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 139. aliàs 140.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Henriquez lib. 5. de pœnis. cap. 6. numer. 3. in glossa littera M. vbi dicit esse circumstantiam necessariò explicandam in confessione, si vir ad eam accedat, cum qua nequit matrimonio copulari, vt si sit vxoricide; & licet non explicet, num ea circumstantia speciem mutet, at eam numerat inter alias, quæ in sexto præcepto diuersam speciem constituent.

2. Sed ego contrariam sententiam tenendam esse puto, quam tuentur Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 6. numer. 45. Filiucius tom. 2. tract. 10. part. 2. cap. 1. num. 24. & Sanchez de matrimon. tom. 2. lib. 3. disput. 5. numer. 14. Dico igitur, quòd quando impedimentum matrimonij imponitur in pœnam admissi delicti, & ad præcauendum aliquod damnum, tunc copula cum habente tale impedimentum continet tantum singularem malitiam fornicationis. Exemplum est in impedimento criminis, vt adulterij cum promissione matrimonij, vel cum contractum est de præfenti, vel homicidij coniugis. Nam in prohibitione talis matrimonij non est speciale motiuum virtutis, sed tantum est in pœnam delicti. Consequenter copula illa illicita erit tantum vnius malitiæ fornicationis, & ideo in tali casu dicendum non esse circumstantiam in confessione detegendam.

3. Non reticebo tamen hinc adnotare cum supra dictis Doctoribus. Primò, esse circumstantiam inuestus diuersam specie à simplici fornicatione, & necessariò explicandam in confessione, si quis coitum habeat cum qua nequit inire matrimonium ob impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis. Secundò, similiter esse circumstantiam luxuriæ, specie diuersam, ac necessariò fatendam, si quis rem habeat cum cognata spiritali in eo gradu, in quo hæc cognatio matrimonium dirimit, lpeciem autem hanc fornicationis aliqui vocant incestum spiritualem: vnde & sacrilegium. Tertio, concubitus cum cognatis legalibus

bus addit malitiam specificam necessarîo fatendam, & reducitur ad incestum. Et tandem quartò, dicendum est reduci eam ad incestum, si quis accessum habet cum consanguinea in primo gradu sponse propterea de futuro contra publicam honestatis impedimentum dirimens in eo gradu matrimonium. Et ideo talis circumstantia erit in confessione aperienda. Sed similibus relictis ad alia procedamus.

RESOL. XCIX.

An circumstantia modi in copula coniugali sit in confessione aperienda?

Et notatur, quod aliquando hoc efficitur etiam sine culpa veniali, ubi non captanda voluptatis gratia hoc efficitur, sed aliqua iusta causa interveniente, propter pinguedinem viri vel propter periculum ne fetus suffocetur.

Etiamsque advertitur, quod vxor tenetur reddere debitum, etiamsi vir cum culpa veniali ex variatione situs velit copulam complere? Ex part. 1. tract. 7. Ref. 35.

Super omni contento in hac Resol. in tom. 2. tr. 6. Ref. 180. & in Ref. 185. §. Nota hic, & in Ref. 201. §. vlt.

§. 1. **R**espondeo, quidquid aliqui asserant, negati-
vè: & ita non peccat mortaliter vir, qui vult habere copulam cum vxore, vel à latere, vel sedendo, vel præ posterè, aut succumbendo, nisi adsit periculum effodendi semen extra vas, quia est abusus, ac naturalis ordinis peruersio in solis accidentibus, dum vas legitimum servatur. Et ita docet Sanchez de matrim. 10. 3. lib. 9. disp. 16. n. 3. & alij penes ipsum.

2. Nota vero, quod aliquando hoc efficitur, etiam sine culpa veniali, ubi non captanda voluptatis gratia hoc accidit, sed aliqua iusta causa interveniente, propter pinguedinem viri vel propter periculum, ne fetus suffocetur.

Sup. hoc si gnauer in Ref. & §. not. præter. 12.

3. Notandum secundò, quòd vxor tenetur reddere debitum, etiamsi vir cum culpa veniali, vt, diximus, ex variatione situs velit copulam complere. Ita Sanchez. ubi supra num. 8. licet probabiliter aliqui contrarium asserant, vt notat Henriquez lib. 12. cap. 16. num. 6. in Glos. lit. S. & alij.

RESOL. C.

An coniugati, quando delectantur morosè de aliquo obiecto libidinioso, teneantur in Confessione explicare circumstantiam coniugij, videlicet se esse coniugatos?

Et docetur delectationem de aliquo opere in eo sensu sumere malitiam ab illo, quod respiciat opus, seu obiectum hoc, aut illo modo sub quo opponitur virtuti, ac proinde quamvis delectatio sit de opere malo, si tamen illud non respicit vt malum, ei vt sic se conformando; aut sub motivo, sub quo elicitur non opponitur virtuti, non erit mala saltem mortaliter.

Vnde delectatio de occisione, quamvis iniusta non est mortalis, quando est de illa, quatenus est honeste vitis sue occiso, siue ipsi, qui de ea delectatur.

Similiter de esu carnum quamvis prohibito, quando est de illo, vt est delectabilis gustus ob rationem dictam.

Et ob eandem delectatio patris de morte filij, quia eum non potest commode sustentare, & è contra delectatio filij de morte patris, quia ei succedit in bonis.

Item delectatio Beneficiarij de morte sui Pensionarij, quia liberatur à debito soluendi pensiones, hac non sunt mortalia.

Et idem est de desiderio simplici, quo prædicti desiderant supradictis mortem ob dicta motiva, & non ob odium, neque ob aliud motivum malum, & mortale.

Et an qui desiderat pollutionem non ex effectu libidinis sed ob sanitatem, aut ob aliam licitam utilitatem non sit mortale?

Et à fortiori dicendum est non esse mortale delectationem de seminis effusione ob sanitatem, vel alium honestum finem.

Super est adhuc pulchra questio an si quis veniat castitatem in solo opere externo, peccet in delectatione de aliquo opere venereo?

Et firmatur, quod delectatio venerea de fornicatione ab habente votum absolute castitatis capta, præter malitiam luxurie contra castitatem, etiam habeat malitiam sacrilegij contra votum: Ex part. 5. tr. 1. 3. & Misc. 1. Ref. 99.

§. 1. **C**asus passim occurrit, & affirmatiuum sententiam præter Bonacinam, tenet Alphonsus de Leone de officio Confessorij, part. 1. recoll. 13. n. 54. Valq. in p. 2. 10. 1. disp. 112 cap. 2. n. 10. & alij ratio est, quia in tali casu coniugatus non solum peccat peccato luxurie contra castitatem, sed etiam peccato adulterij contra fidem matrimonij, qui venere delectatur de fornicatione cum non sua, non tantum peccare peccato luxurie contra castitatem, sed etiam peccato adulterij contra fidem matrimonij. Hoc tamen posterius difficile est, & nullo fundamento probatum; quia difficile est, & absque sufficienti fundamento in matrimonio præfati fidem coniugij, non collocandi mentem in aliam. Ita Hurtado contra Valquez.

2. Verùm his non obstantibus nouissimè negatiuum sententiam docet Pater Gaspar Hurtado de subiecto peccatorum, disputat. 4. difficultat. 10. ubi sic ait: Addit Valquez coniugatum, qui venere delectatur de fornicatione cum non sua, non tantum peccare peccato luxurie contra castitatem, sed etiam peccato adulterij contra fidem matrimonij. Hoc tamen posterius difficile est, & nullo fundamento probatum; quia difficile est, & absque sufficienti fundamento in matrimonio præfati fidem coniugij, non collocandi mentem in aliam. Ita Hurtado contra Valquez.

3. Et tamen obseruandum, quòd licet Valquez affirmatiue adhaereat opinioni, tandem in fine addit, non esse sibi admodum certam, ex quibus verbis colligitur etiam ex mente ipsius Valquez sententiam negatiuum non carere sua probabilitate; videndus est etiam omnino Castrus Palaus penes me ipsum in 3. part. tr. 6. resol. 73. qui alias adducit rationes pro firmanda sententia Hurtadi.

4. Non desinam etiam hic obiter adnotare eundem Hurtado loco citato difficultat. 9. docere delectationem de opere aliquo in eo sensu sumere malitiam ab illo, non quia ab eo accipiat malitiam in ipso reperitam, sicut accipit affectus efficax; sed quia malitiam quam habet, quando est mala, sumit ex eo, quòd respiciat opus, seu obiectum hoc, aut illo modo, vel sub hoc, aut illo motivo, sub quo opponitur virtuti; ac proinde quamvis delectatio sit de opere malo, si tamen illud non respiciat vt malum, ei vt sic se conformando, aut sub motivo sub quo elicitur non opponitur virtuti, non erit mala saltem mortaliter. Vnde delectatio de occisione, quamvis iniusta, non est mortalis, quando est de illa quatenus est honeste vitis, siue occiso, siue ipsi, qui de ea delectatur, & etiam delectatio de esu carnum, quamvis prohibito, quando est de illo, vt delectabilis gustui, ob rationem dictam; & ob eandem delectatio patris de morte filij, quia eum non potest commode sustentare, & è contra delectatio filij de morte patris, quia ei succedit in bonis; & delectatio Beneficiarij de morte sui pensionarij, quia liberatur à debito soluendi pensionem, non sunt mortales. Et idem est de desiderio simplici, quo prædicti desiderant prædictis mortem ob dicta motiva, & non ob odium, nec ob aliud motivum mortale. Hucusque Hurtado, quæ quidem sunt valde notanda, & antea docuerat Castrus Palaus, quem ego citavi.

ubi supra in 3. parte. tractatu 6. resol. 84. quidquid etiam probabiliter in contrarium asserat Montefinus in part. 2. tom. 2. disputat. 6. quaestio. 3. per totam. Ex quibus apparet malè aliquos contra me ipsum obmurmurasse; sed rectè Dominicus Bañez in 1. part. quaest. 1. artic. 8. dub. ult. conclus. 1. obseruat, quosdam omnia quæ eorum iudicio non conionant, grauioribus centuriis inurere, idque tanta facilitate, vt merito irideantur.

5. Nota etiam ex supradictis contra Sotum in 4. dist. 12. quaest. 1. art. 7. desiderium non efficax, sed simplex, seu inefficax, quo quis desiderat pollutionem, non ex affectu libidinis, sed ob sanitatem, aut aliam licitam vtilitatem, non esse mortale. Ita Paludanus in 4. dist. 9. quaest. 3. artic. 1. & alij, quos citat, & sequitur Hurtado difficultat. 14. Et à fortiori contra eundem Sotum, Medinam, & Ledesinam, quos citat, & sequitur Zunel in part. 2. quaest. 74. art. 8. dist. 4. dub. 2. & 4. dicendum est non esse mortale delectationem de feminis effusione ob sanitatem, vel alium honestum finem. Sed Basilus Pontius de matrim. lib. 10. cap. 16. §. 2. num. 12. putat, quòd gaudere de feminis effusione ob sanitatem, non est gaudere de pollutione, sed de bono sanitatis secuto. At de hoc dictum est alibi.

6. Sed ex dictis oritur pulchra quaestio, an si quis voueat castitatem in solo opere exteriori, peccaret in delectatione de aliquo opere venereo? & affirmatiuam sententiam docet Montefinus in part. 2. tom. 2. disputat. 7. quaest. 4. num. 9. 1. vbi sic ait: Si aliquis voueret castitatem solum in opere externo, eo ipso esset peccatum sacrilegij delectari, & consentire efficaciter in copulam, quia sicut quando lege præcipitur actus exterior, ille fit obiectum virtutis, & quando prohibetur, fit obiectum vitij, ac per consequens delectari de isto est peccatum. Ita si quis voueat castitatem in opere externo, illud constituitur opus Religionis, atque delectari de opere contrario est contra Religionem. Ita Montefinus. Verum contrariam sententiam docet Hurtado ubi supra, difficultat. 10. vbi firmat, quòd delectatio venerea de fornicatione ab habente votum absolutæ castitatis incepta, præter malitiam luxuriæ contra castitatem, etiam habet malitiam sacrilegij contra votum; secus esse si non vouisset absolutè, & simpliciter seruare castitatem, sed tantum non agere contra illam opere exteriori, quia tunc dicta delectatione non peccaret contra votum. Et huic sententiæ ego adhareo.

RESOL. CI.

An coniugatus, qui habuit plures delectationes morosus teneatur aperire in confessione se esse coniugatum?

Et cursum docetur, quod qui habet votum castitatis debet votum explicare, quando ipse consilio, vel auxilio causa fuit, vt alij tale votum non habentes peccarent? Ex part. 9. tractat. 6. & Miscell. 1. Ref. 4.

Plausibilis olim fuit Lectoribus hæc quaestio: idèd denuò nunc assero, ad illam sic respondere Quieto in 1. 2. D. Thoma, tr. 6. cont. 4. punct. 7. n. 6. 2. [difficultas est de delectatione coniugati cum non sua, an includat specialem iniustitiæ malitiam contra propriam vxorem? Affirmat Bonacina g. 4. de matrim. p. 8. n. 19. vers. Secundus casus. affirmatiuè videri respondendum ait Valq. disp. 11 2. in fine, vbi ait, hoc sibi non esse admodum certum, quod non solum putauit non certum Gaspar Hurtado de peccatis, disp.

4. difficult. 10. prope finem; sed difficile, & nullo fundamento probatum: quia difficile, & absque sufficienti fundamento ipsi videtur, in matrimonio præstari fidem coniugi non collocandi mentem in aliam. In fauorem partis negatiuæ adducit Palaum §. 4. cit. in fine, ex vna parte delectationem posse præscindere ab ea circumstantia, & ex alia probari has delectationes non lædere matrimonij finem ex eo, quod sint per se occultæ coniugibus, quod dubitando tantum dictum vult esse. Id autem, quod doctissimi viri dubitare fatentur, me ignorare gloriosè fatebor: malo enim cum doctissimo P. Valquez de hac re incertus & dubius hætere, quam cum aliis intrepidè affirmantibus sententiam ferre.] Ita Quieto.

2. Sed licet ego sententiam Hurtadi contra Valquez intrepide non feram, tamen puto satis probabilem esse, & vt talem illam admittit Pater Lugo de princ. Theol. mor. p. 2. cap. 1. g. 4. n. 46. Et, me citato Bosius tr. de scrupulis, §. 7. n. 146. Vnde Pater Arriaga in Cursu Theol. tom. 3. disp. 47. sect. 4. n. 28. sic ait: [Quod Valquez docet, eum; qui vouit castitatem absolutè, non restringendo ad actus externos, peccare contra votum per eiusmodi delectationes, omninò videtur verum, & sufficienter probatum: id autem quod addit sub dubio, scilicet, coniugatum peccare contra iustitiam per has delectationes, habet aliquam difficultatem: etenim, sicut docet Pater Valquez, matrimonij fidem exigere, ne habeat coniux delectationes erga aliam personam à seçita eodem modo dicendum videtur, matrimonium excludere: ne alius habeat delectationes de propria vxore: vt enim coniux totum se tradit coniugi, ita, vt sic dicam, totum se subtrahit cæteris: ergo, sicut ille peccat contra iustitiam debitam alteri coniugi, si de alia femina cogitet, ita reliqui peccabunt contra eandem iustitiam, si cogitent de ipso, vel ipsius foeminitatem enim nullum ius habent cæteri in ipsum, quam ipse in cæteros: eodè planè modo quo in ipsa actione exteriori, sicut ille peccando cum soluta facit contra ius vxoris, ita ipsa soluta peccans facit contra idem ius. Quòd si semel dicamus, iustitiam ibi impedire etiam ipsam internam delectationem cum aliena coniuge, seu cum non sua; non video cur non eadem iustitia impediatur in alienis eandem delectationem internam de coniuge aliena. Atqui meritò P. Valquez docet, non habere nouam malitiæ eam delectationem ex eo quòd respiciat alienam coniugem: ergo neque in coniugatis habebit ex eo, quòd de aliis à propria delectentur. Ratio à priori desumitur ex dictis: quia delectationes morosæ, quatenus versantur circa materias aliorum vitiorum, non habent per se grauitatem mortalem; ergo circumstantia, quòd sit vxoratus, & consequenter ex iustitia sit totus alterius in ordine ad vsum, qui non est corporis, sed mentis, non auget malitiam: quia ea delectatio ex cogitatione desumpta, proculdubio non est vltus corporis.] Huc vsque Arriaga.

3. Dico itaque, delectationem coniugis cum non sua, habere malitiam contra castitatem; sed non contra iustitiam: quoniam à circumstantia coniugij potest intellectus præscindere, non solum quando copula cogitur cum nupta, quod fateatur Valquez; sed etiam quando coniux cogitat copulam cum non sua, potest enim seipsum considerare quia solum: ergo circumstantia coniugij, quamuis se teneat ex parte delectantis, non tribuit malitiam delectationi. Nec per matrimonium obligantur coniuges ab his delectationibus abstinere, sicut obligantur vouentes castitatem. Nam hæc delectationes sunt ignotæ consorti quem subinde non afficiunt iniuria: nec item priuant illum copula sibi debita: non ergo sunt contra iustitiam; sed solum contra castitatem.

4. Vnde, licet magis probabiliter circa difficultatem propositam

Tit. 1. §. 57. n. 218j.

T. ON
era
10 II
III

* Sup. hoc in tom. 7. tra. 1. lege doctrina Ref. 347. & hic infra ex Ref. 164. §. 1.

propositam affirmativam sententiam, præter Hurtadum, tenuerint Sanchez, Salas, Candidus, Bonacina, & Cardinalis Lugo, quos citat, & sequitur Leander de Sac. 10. 1. tr. 5. disp. 8. §. 2. n. 24. tamen, ut dixi, sententiam negativam aliorum, tanquam improbabilem non audeo damnare. * Nota tamen hic obiter, ex Cardinali Lugo, Leadrū ubi supra, §. 10. docere, quod qui habet votum castitatis, debet votum explicare, quando ipse consilio, vel auxilio causa fuit, ut alij tale votum non habentes peccarent. Sed contrariam sententiam, quam tuetur Sanchez, puto etiam esse probabilem: quia Religiosus promittit solum castitatem suam, non alienam.

RESOL. CII.

An si vir, ut possit coire cum propria uxore, cogitet alienam, teneatur hanc circumstantiam in confessione aperire: Ex part. 10. tr. 11. & Misc. 1. Ref. 61.

Sup. hoc in Ref. nor. seq.

§. 1. Tangit hoc dubium Reverendissimus Candidus, 10. 1. disquis. 2. 4. art. 2. 2. dub. 1. 4. n. 16. ubi sic ait: Est culpa lethalis necessariò explicanda in Confessione, si coniux in actu coniugali delectatur in alterius viri, aut feminae cogitatione carnaliter dilectorum; quia est delectatio morosa in obiecto lethali malo. Syluester verb. *Debitum*, quest. 2. 1. sine. D. Antoninus 4. par. tit. 1. cap. 20. §. 1. quod si delectatio in nulla re turpi esset, sed in sola pulchritudine viri aut feminae, ac posset esse in cogitatione alicuius pulcherrimae picturae, & de illa delectari; vt ad actum coniugalem magis excitetur; nullam censo esse lethalem culpam; quia tunc delectatio in nullum turpe obiectum fertur, & ad honestum finem dirigitur. Ita ille, qui citat Sanchez, lib. 9. disp. 1. 7. num. 16.

Super hoc in tom. 2. tr. 6. lege doctrinam §. Quæro tertio. Ref. 202.

2. Sed magis ample, ac clarè de pictura ad personam viventem transit Pater Hieronymus Garzias in *Politica Regulari*, 10. 1. tract. 4. par. 2. difficul. 1. dub. 2. punct. 3. nu. 30. Sic asserens: *Al segundo argumento, o instancia del casado, solo admitire en un caso, en el qual no esta obligado à explicar el adulterio, y es este: quando piensa en la muger agena, solùm ad excitandam naturam, vt possit coire cum propria uxore; en este caso Syluestro, y San Antonino confiesan, que no pecarà; y lo mismo lo oi una voz oraculo al Paure Baptista Bordoï, de la Compania, porque aquella delectacion es solo medio para sin licito, y honesto; però fuera deste caso, lo mas probable es, que pecarà peccato adulterij explicando in Confessione; vti latè demonstrant Auctores citati. Hæc Garzias. Sed hæc opinio in sententia Hurtadi, & Castrî Palai, quos recitavi in par. 5. tr. 1. 3. * resol. vlt. non haberet difficultatem; putat enim, Vxoratum, si delectetur in aliena muliere, non teneri aperire circumstantiam Matrimonij. Et ita hanc sententiam nouissimè docet Martinus de San Ioseph in *monit. Confessar.* tom. 1. lib. 1. tract. 10. n. 7. ubi sic ait: *Tambien me parece probable que el casado, o casado, que se deleytan desbonestamente de algun obiecto libidinoso, no tienen obligacion à confessar, que son casados, porque por casarse no se obligo el casado à su compañero, à que no se deleytaria carnalmente con obiecto extraño.**

* Que hic est prima post præterita & in Ref. proxime præterita, & infra in Ref. 104. §. Nota vero & in tom. 2. tr. 6. Ref. 199. §. 1.

RESOL. CIII.

An delectatio morosa sumat malitiam de opere exteriori, ita vt necesse sit in confessione aperire circumstantiam operis, & exprimere obiectum, v.g. si mu-

lier, de qua supra est delectatio, fuerit coniugata, Monialis, libera, &c. Ex part. 1. tract. 7. Ref. 48.

§. 1. Communiter affirmatiuè respondetur: & ita docet Caietanus 2. 2. 9. 1. 5. 4. art. 4. Nauarrus 2. 2. c. 16. n. 9. & ex neotericis Lorca in p. 2. 2. 2. disp. 28. de pec. memb. 3. Martinez etiam in p. 2. tom. 1. 9. 1. 5. art. 4. dub. 1. Sanchez in *sum. tom. 1. l. 1. c. 2. n. 11.* Azorius p. 1. lib. 4. c. 6. 9. 3. Villalobos in *sum. 10. 1. tract. 3. dub. 3. num. 4.* Homobonus de *exam. Eccl. par. 1. tract. 5. cap. 1. 3. 9. 8. 4.* Nam delectationes morosae in re venerea, non sunt eiusdem speciei; sed diuersae, pro diuersitate specifica operis, de quo sunt delectationes; ergo distinctè exprimendae sunt in Confessione. Hæc opinio est probabilis. Sed prædictis non obstantibus, quando delectationes morosae consistunt tantum in appetitu sensitivo, & non in efficaci voluntate; puto omnes esse eiusdem speciei, nec differre à simplici fornicatione: quia in tali casu quis, v.g. non delectatur de coniugata, vt coniugata, & de illo obiecto, quatenus est iniuriosum alteri; sed quatenus est obiectum delectabile: ergo, &c. Et ita hanc sententiam docet Vasquez in *part. 2. tom. 2. disp. 1. 12. c. 2.* & Sayrus in *clauis Regia, lib. 9. cap. 7. num. 10.* Reginaldus tom. 2. lib. 1. 2. cap. 2. num. 13. cum aliis. Et probabilem hanc opinionem vocat Filiucius tom. 2. tract. 2. 1. c. 8. n. 301. Bonacina de *mar. 9. 4. punct. 8. n. 19.* Lessius lib. 4. c. 3. dub. 1. §. n. 123. & alij.

2. Vnde in Confessione puto, non esse tales circumstantias personarum necessariò aperendas; quia vt diximus hæc delectationes non differunt speciebus sed sufficit, vt prenitens dicat: Toties morosè delectatus sum, sine expressione, & circumstantia personae imaginatiõni obiectae; an, scilicet fuerit Monialis, vel libera, seu coniugata, &c. Consule *Resol. 67.* tract. 4. de *Sacram. tertii huius Operis Parisi*, super hac materia.

RESOL. CIV.

Celebris est illa quaestio inter Theologos nostri temporis, an in delectatione morosa fatenda sint circumstantiae operis: quod est querere, an delectatio sumat speciem ex opere exteriori?

Et notatur, quod ex doctrina supra dicta difficultatè excipiuntur duo casus. Primus est coniugatorum. Secundus est habitum votum absolutum castitatis; enim in quavis delectatione morosa non solum peccant contra castitatem, sed etiam illi contra fidem datam in matrimonio; & isti contra Religionem. Ex part. 2. tr. 1. 7. & Misc. 3. Ref. 34.

§. 1. Petrus de Lorca in p. 2. tom. 2. disp. 28. de *peccatis membro 3.* Sanchez in *sum. 10. 1. lib. 1. cap. 2. num. 11.* Martinez in p. 2. quest. 1. 5. art. 4. dub. 1. Bonacina de *mar. qu. 4. punct. 8. num. 18.* Lessius lib. 4. c. 3. dub. 1. §. n. 123. in *sine*, & Rodriguez in *sum. 10. 1. c. 10. 1. n. 3.* affirmatiuè respondent. Et probatur hæc opinio generali principio, & per se noto; actus voluntatis speciem sumunt ab obiectis, opus autem exteriorius est obiectum interioris delectationis. Ergo ab illo sumit speciem; id autem quod ab alio sumit speciem, est eiusdem speciei cum illo. Ergo delectatio est eiusdem speciei cum opere.

2. Non desunt tamen pro contraria opinione Auctores magni nominis, hi sunt Vasquez in p. 2. tom. 2. disp. 1. 12. cap. 2. Sayrus in *Clauis Regia lib. 8. c. 6. num. 19.* & nouissimè Valerius Reginaldus tom. 2. lib. 1. cap. 2. sect. 3. num. 13. Pro cuius declaratione notandum est, esse duo genera actuum voluntatis, aliud est

est actum efficacium, quales sunt, qui respiciunt executionem: aliud est actum inefficacium, qui sunt simplices affectus in obiecta extra executionem. His positus assero, vel delectationes morosae consistunt in efficaci voluntate, vel in simplici complacentia; si delectationes sunt consensus efficaces, et uerba sunt: eorum species, perinde ac operum illicitorum, quae dant eis suam malitiam, & in hoc casu sumunt malitiam ex opere externo: si autem delectationes sunt simplices complacentiae, sine villo affectu ad opus, omnes sunt vnius speciei, cum sint eiusdem malitiae, vt pote oppositae vni tantum virtuti castitatis, ac eodem modo, nimirum per turpitudinem veneream in qua absolute versantur. Nam, v.g. delectatio simplici complacentiae de coniugata, non versatur circa illud obiectum, quatenus est iniuriosa alteri, quia felicitet persona illa sit iuncta matrimonio, aut quod marito fiat iniuria; sed versatur circa illud obiectum, quatenus est delectabile secundum tactum, nimirum, quia mulier pulchra. Ergo non contrahit malitiam ab illa circumstantia. Probatur consequentia, quia in illa delectatione, neque expressè, neque interpretatiuè, approbatur iniuria in maritum, cum nullo modo consentiatur in opus externum, vt re ipsa exequendum, quo solo iniuria irrogatur. Idem videtur dicendum si persona sit affinis, vel Religiosa: praescinditur enim ab hac circumstantia, nec ea quicquam confert ad illam delectationem. Ita Lessius, qui probabilem, vt reuera est, vocat hanc opinionem, sicuti etiam vocauit Bonacina *vbi supra*. Emanuel Sa *ver. luxuria*, num. 3. Ioan. Salas *in p. 2. tom. 2. tract. 1. 3. disp. 6. sect. 6. num. 56.*

3. Nota verò, quod excipiuntur ex ista doctrina duo casus. Primus est coniugatorum Secundus est habitum votum absolutum castitatis; hi enim in quibus delectatione morosa, non solum peccant contra castitatem sed etiam illi contra fidem in matrimonio datam, illi contra Religionem; sic Reginaldus, Bonacina, Valquez, & Coninch, *vbi supra*.

4. Ad argumentum contrariae sententiae respondetur, voluntatem efficacem accipere malitiam ab opere externo quod habet pro obiecto secundum analogiam derivatam; delectationem verò simplici complacentiae non item, sic Valquez *loco citato*.

RESOL. CV.

An in delectatione morosa circumstantia de copula sodomica sit in confessione aperienda?

Et pro elucidanda doctrina huius questionis alia cursum adducuntur in textu huius Resolutionis; Ex part. 9. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 3.

§. 1. Pro negativa sententia scio aliquos me adducere, sed non bene. Ideo, assero, quod optimè Patet Valquez *in par. 2. nota disp. 1. 1. 2. de hac questione philosophatur*. Primò ergo ait, duplices posse esse circumstantias obiecti turpis, v.g. qualdam intra eandem materiam diuersificantes; vt, v.g. pollutionem simplicem, fornicationem, sodomiam, bestialitatem: in his admittit, diuersam esse delectationum malitiam, si sumatur ex bestialitate cogitata, quam si sumatur ex fornicatione; aliàs verò esse circumstantias, quae ad aliam speciem peccatum carnis transferunt: v.g. quòd sit in loco sacro, cum virgine, cum vxorata, &c. per quas transfertur copula ad rationem iniustitiae, sacrilegij, &c. ab his autem fuscè probat non derivari specialem malitiã; ideòque in genere moris omnes esse eiusdem speciei. Dicendum est itaque pro prima parte, quod possumus species infimas malitiae delectationis venerè quærere intra subalternam ca-

statis speciem, & intra hanc certum est speciem distinctam delinere; à distincta obiecti speciei: distincta enim est species, delectationis de copula sodomica, ac de fornicaria, & ab vtraque specie distinguitur delectatio de pollutione, quatum specierum diuersitas continetur intra obiectum adaequatum castitati oppositum. Et ita hanc sententiam, praeter Valquez, docet nouissimè doctissimus Ouedo *c. 2. tr. 6. de vitiis, & peccatis, contr. 4. punct. 7. num. 54. Lessius lib. 4. c. 3. n. 1. 1. 2. Salas tr. 1. 3. disp. 6. n. 56. & 57. Castrus Palaus to. 1. tract. 2. disp. 2. punct. 10. §. 4. num. 4.* Quid autem circumstantiae, quae ad aliam speciem peccatum carnis transferunt, v.g. quòd sit cum vxorata, cum Moniali sistentes tamen in appetitu sensitivo sine efficaci voluntate, esse eiusdem speciei, *alibi satis probati*; & me citato, nouissimè firmat Ouedo *vbi supra*, num. 57. Quidquid etiam nouissimè non minus probabiliter alterat Serra *in 1. 2. D. Thomae, to. 1. quasi. 7. 4. art. 8. dub. 1.* Et alij. Et patet ex natura ipsius delectationis, quae cum non coniungatur cum opere externo, necessarium est, non trahere secum malitias omnes, quas trahit opus externum, sicuti illas contrahit affectus efficacax ex eo, quòd cum externo opere coniungatur: sed eas tantum, quas attingit ex parte obiecti: cum autem, qui delectatur de fornicatione habita cum coniugata, aut cum Moniali, possit ipsa delectatione abstrahere à circumstantia coniugij, & monialitatis: sic etiam à malitiis, quas haec circumstantiae deriuant in externum opus, & in illius efficacè effectum. Deinde delectatio fornicationis cum Moniali, habita ab eo, qui votum non emisit, non potest esse contra votum illius, qui delectationem capit, quia hoc non subsistit; nec contra votum Monialis, quia materia huius voti tota est posita in actibus ipsius Monialis, quorum nullum inducit talis delectatio. Idem, proportionè seruata, dico de delectatione habita à soluto fornicationis cum coniugata: ex fide enim coniugij tantum debet coniux alteri coniugi proprios actus, & ad nullum horum ordinatur aliena inefficax delectatio, etiamsi respiciat vt obiectum, actum alterius coniugis: quia delectatio per se cum suo subiecto non coniungitur.

2. Confirmatur: Si audias tuum inimicum occisum esse in loco sacro, de illiusque morte delecteris ex displicentia personae, & committas odij peccatum: sacrilegium ex eo non committis: ergo delectatio non secum trahit malitias omnes in obiecto repertas. Item, si audias verba facetiae, sed contumeliosa, & impura, & de illis delecteris, quatenus facetiam includunt, & risum excitant, nullo habito respectu ad contumeliam, & impuritatem in illis repertam, non peccas contra iustitiam, aut castitatem: ergo necessarium non est, delectationem secum trahere malitias omnes efficientes suum obiectum.

3. Dicendum est itaque, delectationes morosas, quae sunt peccata mortalia, non habere omnem malitiam operis externi, ac proinde nec varias species sortiri iuxta varietatem eorum, quae in opere externo reperiuntur. In morosis delectationibus cum rapta, cum consanguinea, vel vxore alterius, vel cum virgine Deo dicata, nulla est malitia mortalis contra aliam virtutem, quam contra castitatem: ergo omnes sunt eiusdem speciei, & non habent malitiam, nisi solius simplici fornicationis. Antecedens probatur: qui de his morosè delectatur, non delectatur de iniuria, & irreuerentia, sed solum de ipso actu fornicationis: nec allicitur à delectabili, quod est iniustitia, aut impietate, aut sacrilegio; sed quod est in fornicatione: ergo non peccat contra iustitiam peccato adulterij, stupri, vel raptus, nec contra religionem peccato sacrilegij, nec contra pietatem peccato incestus; sed solum contra castitatem peccato simplici fornicationis.

4. Verum

Alibi in duabus Ref. antecessantibus & infra in Ref. 165. §. in Ref. 48.

T. O. N. ...

4. Verum, his non obstantibus, quoad principale quaesitum huius Resolutionis, non deseram hic adnotare, negatiuam sententiam docere, sapientissimum Patrem Arriaga in *Cursu Theolog.* tom. 3. *disp.* 47. *sect.* 4. *num.* 25. ubi sic ait: [Si tota ratio, ob quam eiusmodi cogitationes sunt malae, consistit in periculo grauium motuum pollutionis, ut multi dicunt; tunc non solum cenfeo cum Patre Vasquez, eas circumstantias, quae constituunt obiectum contra aliam virtutem; sed & illas priores contra ipsam castitatem, non variare villo modo speciem peccati in delectationibus: v.g. quod sit contra naturam, quod sit sodomia, bestialitas, &c. Ratio est manifesta: quia cum (ut *supra* diximus) delectationum malitia non desumatur ex malitia obiecti; probauimus enim de obiecto bono posse esse malas; sed praecise ex eo, quod causent pollutionem, & motus, ut in hac conclusione si proponimus; hi autem motus, & pollutio, eadem sunt, siue ex sodomia cogitata, siue ex fornicatione proueniant, non video, cur debeat inde desumi vlla diuersitas specifica peccati; sicut in sententia illosum, qui dicunt, peccare contra castitatem cum, qui dat causas pollutionis in cibis, vel equitatione: certe si eodem modo sequatur pollutio ex cibis, quo ex equitatione, idem omnino erit peccatum equitare, quod comedere.

5. Et paulo post, *num.* 27. sic etiam asserit: [In nostra sententia, quae ex tribus capitibus desumit integram malitiam mortalis rationem in his cogitationibus reprobata, nempe, ex vi casualium motuum turpium, & pollutionis de praesenti; item consensus absoluti in copulam de praesenti; denique ex eo, quod statui matrimonij derogare videantur, videtur consequenter dicendum, non esse absolute diuersas in genere peccati mortalis, siue de copula sodomitica, siue de pollutione sola, siue cum virgine, siue alio quocumque modo desumantur. Ratio est quia (ut in prima conclusione ostendi) ex parte motuum omnes haec delectationes sunt aequales; ergo, licet in alijs duobus capitibus differant, quia tamen ea duo sola capita non causant malitiam mortalem in eis delectationibus; non erunt in malitia mortali diuersa. Adde, in tertio capite, derogandi, scilicet, statui matrimoniali, etiam non differre: quod enim sunt de hoc, vel illo obiecto, non propterea magis derogant, nisi forte quatenus sunt magis intensa & vehementiores; hoc autem non pendet ab eo, quod sunt contra naturam, &c. imo (ut obseruauimus *supra*) per se loquendo, minus potentes videntur esse haec; quia sunt de obiecto, quod minus natura appetit, imo a quo per se abhorret. In sola ratione secunda de consensu differunt illae, quae sunt de copula specie diuersa, ut dixi in tertia conclusione; illae autem, quae solum desumuntur ex diuersa circumstantia personae vxoratae, aut Deo sacrae, non differunt, ut *ibidem* etiam ostendi; ergo haec inter se nullo modo habent diuersam grauitatem ab villo ex his tribus capitibus, quae nos posuimus; aliae vero, esto, habeant diuersitatem ex secundo, quia tamen, iuxta *partem* ante dicta, nisi illa tria sumantur simul, non dant grauitatem sufficientem ad mortale; ideo nec grauitas maior ex vno solo capite proueniens sufficit ad tribuendum delectationi grauitatem specie diuersam in genere mortalis, quaeque necessario in Confessione debeat explicari. Dico, *necessario debeat explicari*; nam malitia intra grauitatem venialis tantum diuersa, non est materia necessaria Confessionis, sicut nec reliqua venialia; potest tamen esse materia sufficiens. Haec mihi, tam iuxta propria principia de malitia earum delectationum, quam iuxta aliena, videntur consequenter esse dicenda.] Huevsque Arriaga.

6. Sed ego non audeo discedere ab affirmatiua sententia, quam, praeter Doctores citatos, tenet doctus, & amicissimus Pater Lugo de *prin. Theol. mor. par. 2. c. 1. q. 4. n. 46.* Dico igitur, in delectationibus venereis sumi malitiam non solum a motu, sed etiam a circumstantiis, quae dicunt specialem oppositionem cum castitate, v.g. si quis delectetur de copula sodomitica, vel bestiali, debeat has circumstantias confiteri; quia distinctam speciem malitiae refundunt in delectationem ex ipso motu desumptam.

RESOL. CVI.

An qui delectatur de peccatis confessis, teneatur explicare illa?

Et an hoc procedat etiam in casu, quo Religiosus delectatur de adulterio alias commisso, si de eo delectatur, non quatenus fuit iniuriosum marito adultera, sed solum quatenus fuit fornicatio?

Et notatur, quod si quis vere, vel falso se laudauit de peccato mortali vere admissio, vel non admissio, quamuis non adfuerit de tali peccato de quo se laudat, gaudium, complacentiam, aut delectatio morosa, sed sola vana iactantia, etiam fatenda sunt circumstantiae, quibus illud peccatum est effectum, ut si sit de percussione Clerici, vel de peccato cum coniugata, &c.

Etiamque aduertitur, quod si sola esset iactantia de peccatis mortalibus in genere, sufficit dicere, totius peccati, laudem, & gloriam querendo de peccatis mortalibus, licet non specificetur illa peccata mortalia, quae forte non fecit, vel alias quis confessus est.

Insuper docetur, quod si quis coeat cum aliquo, & postea cum fratre illius, sufficit in confessione exprimere duo peccata nefaria; nam nulla affinitas oritur ex actu praepostero, & extra vas debitum.

Item, si sodomia commissa est cum persona cognata cognatione spirituali, vel legali, non est necessario explicanda circumstantia cognationis, ut si quis congressus est cum persona a se baptizata, vel tenata ex Baptismo, vel cum adolescente sibi in filium adoptato. Ex part. 9. tr. 9. & Misc. 4. Ref. 20.

§. 1. Negatiue respondet Emanuel Sa verb. *confessio* n. 16. vbi sic ait: Qui delectatus est de peccatis praeteritis alias confessis, id solum oportet confiteri, non autem exprimere quae illa fuerint peccata. Ita ille. Vnde ex hoc infert Pellizarius in *Man. Regul. tom. 1. tr. 5. cap. 3. sect. 1. num. 5. 1.* id procedere etiam in casu, quo Religiosus delectatur de adulterio alias commisso: si de eo delectetur non quatenus fuit iniuriosum marito adultera, sed solum quatenus fuit fornicatio: quod puto communiter euenire; nam in confessione illa tantum circumstantiae exprimi debent, quae fuerint intentae, ac volitae: in nostro autem casu circumstantia adulterij non fuit intentata, ut suppono.

2. Sed quidquid sit de casu Patris Pellizarij, & de alio inferius apponendo, puto doctrinam Sa esse refellendam, & ideo verba citata fuerunt deleta in Editione Romana Magistri Sacri Palatii: & illam refellit individualiter contra Sa Pater Sanchez in *Summa 10. 1. lib. 1. c. 2. n. 11.* nec aliter est sentiendum.

3. Nota vero, quod si quis vere, vel falso se laudauit de peccato mortali vere admissio, vel non admissio, quamuis non adfuerit de tali peccato, de quo se laudat gaudium complacentiam, vel delectatio morosa, sed sola vana iactantia, etiam fatenda sunt circumstantiae, quibus illud peccatum est effectum: ut si sit de percussione Clerici, sit fatenda ordinis circumstantia, vel si sit de peccato cum coniugata, sit fatenda coniugij circumstantia, quia hoc peccatum de iactantia vana peccatorum

peccatorum ad eam speciem reducitur, cuius est illud peccatum de quo est iactantia, virtus enim contraria non tantum peccatum contrarium, sed etiam delectationes morosas, & iactantiam, qua id peccatum tanquam bonum approbatur, cohibet. Et ita docet Candidus tom. 2. *disquis.* 2.4. *art.* 2.2. *dub.* 3.1. Satis quidem probabiliter, sed etiam probabiliter me citato contrarium tenet Leandrus de *Sacram.* tom. 1. *tract.* 5. *disp.* 8. §. 3. *quæst.* 1.2. & me etiam citato Pellizzarius, ubi supra; quia tota malitia quæ est in peccato iactantia consistit in eo, quod peccatum sumitur, ut medium ad captandam ex ipso gloriam, & laudem; ad hoc autem per accidens se habet quod sit hoc, vel illud peccatum; unde fit, ut sicut peccata, quibus violatur votum, semper sint eiusdem speciei (cum solum attendatur irreuerentia Deo irrogata in violatione voti) sic gloriatio de peccato semper fit eiusdem speciei, cum hic item attendatur solum irreuerentia facta Deo quatenus ex eius offensâ intendit quis consequi honorem, & gloriam.

4. Nota etiam, stando in opinione Patris Candidi, si sola esset iactantia de peccatis mortalibus in genere, sufficeret dicere, toties peccavi, laudem, & gloriam querendo de peccatis mortalibus, licet non specificentur illa peccata mortalia quæ fortè non fecit, vel alias quis confessus est: quia tunc non esset iactantia peculiaris alicuius turpitudinis, sed in genere ut sic peccatorum mortalium.

5. Nota insuper hic obiter cum dicto Candido, ubi supra, *art.* 2.3. *dub.* 2.4. quod si quis coeat cum aliquo, & postea cum fratre illius, sufficit in confessione exprimere duo peccata nefaria: nam nulla affinitas oritur ex actu præposito, & extra vas debitum. Item si sodomitia commissa est cum persona cognata cognatione spiritali, vel legali, non est necessarium explicanda circumstantia cognationis: ut si quis congressus est cum persona à se baptizata: vel leuata ex Baptismo, vel cum adolescente sibi in filium adoptato; quia nulla est lex specialis, quæ eos coitus prohibeat, præter legem naturalem in genere prohibente Sodomiticum peccatum.

RESOL. CVII.

An qui commisit incestum cum matre, vel filia, aut sorore debeat explicare circumstantiam persona sibi iuncta sanguine, vel affinitate naturali, vel legali, aut spiritali, an satis sit dicere, pollui me peccato incestus duabus vicibus, &c? Ex part. 1. tract. 7. Ref. 3. 1.

§. 1. Respondeo, quòd aliqui tenent, incestum esse diuersæ speciei, non solum in linea consanguinitatis, & affinitatis descendentiæ, & ascendentiæ; sed etiam in gradibus singulis utriusque lineæ, ita ut quot sunt gradus consanguinitatis, & affinitatis, tot sint species distinctæ incestus: & se. undum hanc opinionem dicunt circumstantiam personæ sibi coniunctæ esse necessariò explicandam, quia mutat speciem. Et idè, qui filiam, vel sororem matris, vel neptem cognouit, non sufficeret dicendo: Peccavi cum affine, vel consanguinea, vel cum vna ascendentiæ, vel descendentiæ: sed deberet dicere, cum filia vel nepte, vel sorore vxoris, &c. Quinimò, si quis peccasset cum matre, non satisfaceret dicendo: Peccavi cum vna in primo gradu consanguinitatis.

2. Verùm, iuxta opinionem D. Thom. 2.2. 9.154. art. 9. & Caietan. *libid.* quia incestus inter consanguineos, & affines, non differunt specie in genere moris, & in iudicio sacramentali, sufficit, ut ille, qui cū sorore

peccauit, dicat: Commisi incestum semel, vel bis, non explicando personam sibi coniunctam. Et quamuis grauior sit incestus cum filia, vel matre, quam cum sorore, vel nepte, vel consobrina vxoris: tamen, quia illa grauitas auget malitiam intra eandem speciem, non est necessariò confitenda. Et hæc opinio D. Thomæ magis placet, quam probabilem vocat Filliuc. in *quæst. mor.* tom. 2. *tract.* 2.0. *cap.* 5. n. 97.

3. Dicendum est igitur cum Nugno in *addit. ad 3. p. tom.* 2. 9.9. *art.* 2. *dub.* 3. diuersitatem graduum non facere diuersitatem specificam in incestu; sed esse circumstantiam aggrauantem, quam ego probabiliter puto non esse in confessione necessariò explicandam. Et ita in terminis docet Gyptius *rr. de cas. refer.* c. 8. n. 5. & ex nostris P. Megala in *1. p. lib.* 5. *cap.* 1.2. n. 9. & alij Circa præsentem quæstione vide Azor. p. 5. *lib.* 3. c. 9. §. 1. Bonac. de *Sacram. disp.* 5. 9. §. 2. *punct.* 2. §. 3. *diffic.* 3. n. 9. Valquez in *3. p. to. 4. quæst.* 91. *art.* 1. *dub.* 4. n. 18. Valentiam *ro. 4. disp.* 7. 9. 11. *punct.* 1. Suarez in *3. par. to. 4. disp.* 2.2. *sect.* 3. n. 7. Coninch de *Sacram. disp.* 7. *dub.* 3. n. 13 & 21. Sayrù in *clau. regia. lib.* 8. c. 5. n. 5. Rodriguez in *summ. to. 1. cap.* 207. n. 3. Lessium *lib.* 4. c. 3. *dub.* 11. n. 79. Reginaldum in *praxi. to. 2. lib.* 22. *cap.* 2. *sect.* 5. n. 27. Nauarrum *cap.* 16. n. 3. Petrum Ledesma in *summ. tom.* 1. de *Sacram. penitent. cap.* 19. *concl.* 4. *sol. mihi* 327. Henriquez *lib.* 5. *cap.* 8. n. 1. Sotum in *4. dist.* 18. *quæst.* 2. *art.* 4. *concl.* 8. & *dist.* 40. *quæst. unica art.* 4. Llamas in *3. p. Methodi*, *cap.* 8. §. 19. & alios. Vide, quæ addidi in hanc Resolutionem in *tertia huius Operis Parte, Tract.* 4. de *Sacrament.* * *Resol.* 67.

RESOL. CVIII.

An incestus cum matre, & incestus cum filia differant specie? Et curissimè docetur, quod incestus cum nonerca, si Pater viuus, habet malitiam specie distinctam, ac haberet, si Pater obiisset, etiam si nonerca virum alium duxerit. Ex part. 9. tr. 9. & Misc. 4. Ref. 2. 1.

§. 1. Affirmatiuè respondet Eminentissimus Lugo de *penitent. disp.* 16. *sect.* 6. n. 314. quia diuersa malitia est in filio, quando peccat cum matre contra reuerentiam sanguini debitam, ac in patre, quando peccat cum filia.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in omnibus aliis eius primæ not.

2. Sed negatiuam sententiam docet Pater Ouiedo in p. 2. D. *Toome, tract.* 6. *contr.* 5. *punct.* 3. §. 11. num. 76. Firmat enim eisdem malitiis peccare patrem peccantem cum filia, & filiam peccantem cum patre, quia et si diuersa malitia possit desumi ex reuerentia, quam filia debet patri, ab ea, quæ sumitur ex circumstantia paternitatis, quatenus præcisè se tenet ex parte patris, vtramque tamen contrahunt tam pater, quam filia, quia vtraque inhæret eidem fornicationi, ad quam pater, & filia indiuisibiliter concurrunt. Cum autem eiusdem speciei sit malitia filia fornicantis cum patre, & filij fornicantis cum matre, sit patrem fornicantem cum filia, quia in causa est, ut filia cum ipso fornicetur, contrahere malitiam desumptam ex fornicatione filia: cum patre eiusdem omninò speciei cum malitia desumpta ex fornicatione filij fornicantis cum matre. ac proinde tam patrem fornicantem cum filia, & filiam fornicantem cum patre contrahere malitias eiusdem omninò speciei. Iuxta hanc doctrinam, sufficit in confessione explicare fornicationem habitam cum consanguinea intra primum gradum lineæ rectæ: quin explicetur an fuerit cum matre, vel cum filia. Deinde, quia probabile est, intra lineam rectam consanguinitatis incestus omnes esse eiusdem speciei, sufficit dicere in confessione

commisi fornicationes cum consanguinea intra lineam rectam. Hæc omnia Ouiedo; cuius sententiæ, tanquam probabiliori ego adhareo: non nego tamen sententiam Lugo esse probabilem, qui quidem *num. 3. 11.* optimè docet, quod incestus cum nouerca si pater uiuat, habet malitiam specie distinctam, ac haberet si pater obiisset, etiam si nouerca virum alium duxerit.

RESOL. CIX.

An qui habuit rem cum matre, vel sorore, teneatur in confessione hanc circumstantiam explicare?

Et an omnes gradus consanguinitatis specie distinguantur à gradibus affinitatis?

Et notatur diuerso modo violari pietatem cognatorum occidendo, quam fornicando; & hoc etiam intelligendum est etiam in sacrilegiis, v. g. diuerso modo violatur Religio fornicando cum uirgine sacra Deo, quam percuciendo illam, &c. Ex part. 1. 1. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 63.

Sup hoc sup. in Ref. 107 & in omnibus alijs eius primæ annot.

§. 1. **A**firmatiè respondet Fagundez in *decal. tom. 2. lib. 6. c. 6. num. 25.* vbi sic ait: Primò eos, qui committunt incestum in primo consanguinitatis gradu veluti cum matre, aut cum sorore, aut cum filia, aut filius cum matre, teneri hanc circumstantiam primi gradus consanguinitatis in vtraque linea recta, & transuersa in confessione explicare, quia est peccatum distinctum specie à reliquis omnibus gradibus, & non sufficit dicere; commisi incestum in gradu prohibito; sed opus est declarare, in primo gradu consanguinitatis; imò non sufficit dicere; commisi incestum in primo gradu consanguinitatis, sed opus est explicare lineam, in qua commissus fuit, rectam, vel transuersam; quia licet primus gradus consanguinitatis non distinguatur specie, si sit linea recta; à primo gradu consanguinitatis linea transuersa; habet tamen primus gradus consanguinitatis linea recta specialem deformitatem quæ notabiliter aggravat peccatum: circumstantiæ autem notabiliter aggravantes sunt de necessitate confessionis: nam parentes debent filiis bonam educationem, morum informationem, ac disciplinam, & filij parentibus naturalem subiectionem, & reuerentiam, & hæc ad inuicem violantur, si ad inuicem commisceantur: deinde frater debet forori, & foror fratri naturalem quandam ac mutuam fidelitatem, quæ etiam contra omne ius naturæ violatur ad inuicem, si ad inuicem nefarie copulentur, quare opus est etiam explicare primum hunc gradum consanguinitatis linea transuersa, dicendo; peccavi in primo gradu consanguinitatis linea transuersa.

Sup. hoc in Ref. seq. prope finem, vers. plus addens. & in Ref. 1. post seq. §. Nota etiam.

2. Et rursus cum omnes gradus consanguinitatis specie distinguantur à gradibus affinitatis, opus est etiam declarare sitne incestus commissus in specie affinitatis, vel consanguinitatis. Deinde licet omnes huiusmodi consanguinitatis gradus (excepto primo) tam linea recta, quam transuersa qui à reliquis specie distinguuntur, non distinguantur specie, si inter se comparantur, habent tamen circumstantiâs notabiliter aggravantes, & minuentes, quæ necessariò sunt explicandæ: nam quamuis omnes consanguinitatis gradus linea recta sint contra eandem virtutem pietatis, & reuerentiæ, quam iure naturali filij, & filia parentibus, auis, & proavis debent; & licet etiam omnes gradus linea transuersa sint contra eandem virtutem fidelitatis, & custodiæ qua fratres in sorores, & sorores in fratres attinguntur, tamen hæc pietas & reuerentia graduū linea recta, & hæc fidelitas graduū linea transuersa, est maior, aut minor,

prout propinquiori, aut remotiori gradu continguntur; & sic quo propinquior est gradus in vtraque linea, eò grauior est circumstantia, & magis aggravans: quare tenetur etiam incestuosus in confessione explicare gradum consanguinitatis, in quo incestum committit, dicendo; peccavi in primo, secundo, tertio, vel quarto gradu consanguinitatis linea recta, vel transuersa, vt patet. Et idem cum proportione quadam dicendum est de gradibus affinitatis. Ita Fagund. & alij.

3. Verum hanc sententiam quoad primam partem, non verò quoad aliam sustinet etiam. Card. Lugo de *penit. disp. 1. 6. sect. 3. n. 145.* vbi sic ait; Septimò obici solet, quia in incestu explicari debet gradus consanguinitatis, & affinitatis, licet non afferant ij gradus diuersitatem specificam: ergo solum debent explicari propter maiorem grauitatem intra eandem speciem.

4. Respondetur, si incestus non sint specie diuersi ex graduum diuersitate non esse gradus in confessione explicandos, de quo latius *infra* *sect. 6.* An verò sint specie diuersi est magna quaestio, de qua Valquez in *presenti. dub. 4. à n. 11.* & mihi probabile est differre specie coïtum cum parentibus ab aliis omnibus propter specialem deformitatem, quæ oritur ex speciali reuerentia parentibus debita, quæ non debetur aliis consanguineis. Probabile etiam videtur differre specie coïtum cum fratre, aut sorore ab aliis, quia probabilis est hunc esse iure naturæ interdicitum, vt cum communi probat latè Th. Sanchez de *matrimon. disput. 5. 2. num. 1. 1.* & hoc quidem propter specialem fecunditatem, quæ est in illa coniunctione, eò quod fratres ab incunabilis conuientes, & simul nutriti nimis procliuus essent ad coïtum, nisi naturæ freno cohiberentur ob illam nimiam coniunctionem. In reliquis autem gradibus prohibitis transuersalibus consanguinitatis non videtur esse differentia specifica, sed grauitas maior, vel minor non necessario explicanda, prout ipsi etiam Authores contrariæ sententiæ concedunt, tertium vel quartum, non esse necessariò explicandum, imò aliqui idem dicunt de secundo, eò quod non aggravat notabiliter. De gradibus verò affinitatis probabile est primum gradum linea recta differre specie ab aliis, eò quod habeat specialem quandam deformitatem, propter reuerentiam quasi paternam debitam uxori patris, vel marito matris. De aliis verò gradibus transuersalibus verius videtur non esse explicandos in particulari, quia non addunt diuersitatem specificam. Scio aliquos concedere nullum profus gradum consanguinitatis, vel affinitatis esse necessariò explicandum, sed solum malitiam incestus, etiam si sit cum filia vel sorore, quam sententiam post alios sequitur Diana in *tract. de circumstantiis aggravantibus resolut. 3. 1.* vbi alios refert. Hæc verò Lugo; cui adde Dicaëll. vbi *infra*, & Leand. de *Sacrament. tom. 1. tract. 5. disput. 8. 3. 9. 36.* Sed licet supradictæ opiniones sint probabiles, ego tamen non recedo à sententia negativa quam olim docui, nempe in his casibus non esse explicandos gradus consanguinitatis, & affinitatis, etiam si esset primus, & præter alibi à me adductos, hanc sententiam sequuti sunt me citato Ioannes de Soria in *epilogo Summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disput. 6. 8. 9. numero 6.* & me citato Henric. in *op. Select. sect. 8. 9. 1. 4. num. 3. 1.* & me citato Martin. de San. Ioseph in *Monit. Confess. tom. 1. lib. 1. tom. 20. de Penit. n. 20.* & me citato Mazuchellus de *cas. reser. disput. 2. cap. 4. diff. 5. n. 28.* Vnde nouissimè me citato hanc sententiam tanquam probabilem admittit Trullench in *Decalog. tom. 1. lib. 6. cap. 2. dub. 6. n. 5.* & me citato Dicaëll. de *Sacr. to. 2. tr. 8. disput. 9. dub. 6.*

dub 6. n. 274. vbi sic ait: Nihilominus quamuis quædæ de reuerentia graduum in recta linea, & transfertali in consanguinitate inter se, & in affinitate inter se probabilis existimem; non videtur improbabile consanguinitatis gradus inter se & affinitatis inter se non distingui specie; atque adeo peccatum cum consanguineo in vno, aut altero gradu esse eiusdem speciei, quamuis sit notabiliter maior malitia inter propinquiores, quam inter minus propinquos. Vnde non desunt teste Corduba q. 2. lib. 1. quæst. ... qui existimant gradus consanguinitatis non esse necessario inter se distinguendos, & explicandos in confessione, sicut nec gradus affinitatis inter se; quin sufficiat penitentem dicere se cognouisse personam consanguineam non declarando gradum consanguinitatis, aut affinem, non declarando gradum affinitatis, quod alij vel verum, vel probabile docent. Legatur Diana, qui ita probabiliter sentientes affert plures 1. part. 17. resol. 31. inter quos Hurtado, qui putat in eadem linea omnia esse eiusdem speciei. Imò Caietanus etiam in diuersa linea 2. 2. q. 154. art. 9. quem & alios refert Diana non solum ibi part. 1. tract. 4. resol. 67. & p. 4. tract. 4. resol. 234. & p. 5. tract. 14. resol. 57. Hucusque Dicastillus.

5. Remanet itaque satis probabilis nostra sententia, quam iterum hic confirmare volui ad compescendam audaciam quorundam Religiosi, qui his diebus vocant hanc sententiam latam & improbabilem; O lepidum caput! Non desinat tamen hic adnotare, Dicastill. vbi supr. num. 275. docere, diuerso modo violari pietatem cognatorum occidendo quam fornicando, intelligendum etiam est in facilegiis: diuerso enim modo violatur Religio fornicando cum virgine sacra Deo, quam percutiendo illam. Quamuis enim oppositum videatur docere S. Th. 2. 2. q. 99. art. 3. ad 2. docens eandem esse speciem, virginem sacram percutere, aut fornicari cum illa; ibi tamen distinguit species sacrilegij, vt alia sit in res sacras, alia in locum, alia in personas, sed vt rectè interpretatur Vasquez, ea diuisio non est in species infimas, sed in subalternas: In quo Vasq. etiam ipse num. 19. sui memor (nisi fortè alij id notauerint in postumo libro) notat se retractare doctrinam quam tradidit tom. 1. in 3. part. disput. 98. cap. 4. & merito quidem, quia alio modo seruatur reuerentia personæ sacræ seruando illius castitatem, non vitando illam, quam seruando illius sanitatem, & vitam, non percutiendo, sicut locus etiam sacer alio modo violatur furto, aut extrahendo hominem à loco sacro (quæ duo non putat Vasquez differre) & alio modo violatur effusione seminis, aut sanguinis. Hæc Dicastillus.

RESOL. CX.

An gradus cuiuslibet inter se affinitatis, vel consanguinitatis sint in confessione distinguendi? Vel an sufficiat, si penitens dicat se personam consanguineam cognouisse, non declarando gradus consanguinitatis; & se personam affinem cognouisse non declarando gradum affinitatis? Et an consanguinitas sit distinguenda in confessione ab affinitate? Ex part. 4. tractat. 4. & Misc. Refol. 234.

DE hac re alibi actum est, nunc tamen tantum adducam verba Gasparis Hurtado de Sacram. disp. 9. de penit. difficult. 4. §. Quid sic asserunt. Difficile existimamus, gradus ipsos consanguinitatis inter se, & gradus affinitatis inter se esse

necessario distinguendos, quia difficile est, gradus ipsos consanguinitatis inter se, vt pote inter se eiusdem speciei, & gradus affinitatis inter se, vt pote inter se eiusdem speciei, addere malitiam distinctam secundum speciem, quamuis intra eandem speciem addant notabiliter maiorem illi, qui sunt propinquiores, ob quod non desunt (vt Corduba quæst. 2. refert) qui existimant, gradus consanguinitatis non esse inter se necessario distinguendos, & explicandos, neque gradus affinitatis inter se, sed sufficere, si penitens dicat, se personam consanguineam cognouisse, non declarando gradus consanguinitatis, & se personam affinem cognouisse, non declarando gradum affinitatis. Ita Hurtado, & ante illum Caietanus in 2. 2. quæst. 154. art. 9. plus addens, & tenens, consanguinitatem non esse distinguendam ab affinitate, quia malitia incestus, quam consanguinitas addit, est eiusdem speciei cum malitia, quam addit affinitas; licet quoad vtrumque negetur à Nauarro in manual. cap. 16. numero 3. vbi tenet, in confessione consanguinitatem esse necessario distinguendam ab affinitate, sicut & gradus cuiuscumque inter se.

Sup. hoc in Ref. præterita §. Er rursus, & in Ref. seq. §. Nota etiam.

RESOL. CXI.

Quis concupierat sapius habere copulam cum matre, & filia, quæsiuit à me, an teneatur istam circumstantiam in confessione aperire? Et notatur consanguinitatem ab affinitate, & gradum affinitatis, & consanguinitatis non differre specie; ideo hoc non est necessarium explicare in confessione. Ex part. 10. tr. 15. & Misc. 5. Ref. 13.

1. Respondi negatiuè, & quod desiderans luxuriari cum duabus fœminis, quarum vna est mater, & altera eius filia non consanguineæ, aut affines concupiscenti non addat circumstantiam specialem, quia si adderetur, maxime ex incestu, sed hoc verum non est, quia peccatum incestus contrahitur solum quando quis concupiuit, vel copulam habet cum muliere iam ante sibi consanguinea, vel affine, supponit enim parentelam inter peccantes, ex qua denominatur incestus desiderium, vel copula, cum debeat causa præcedere suum effectum, parentela enim est causa, cur peccatum dicatur incestus. Quare cū iste desiderans luxuriari cum illis duabus fœminis inter se sanguine coniunctis in primo gradu, non sit illis cognatus, nullatenus incestum mentale neque externum cum illis primo committere, ita in terminis docet Bordonus in decisionibus Miscellaneis, decisione 109.

2. Nota etiam obiter id, quod probabiliter olim docui gradus affinitatis, & consanguinitatis inter se non differre specie, quod præter Doctores alibi adductos tenet me nouissimè citato Martinus de San Ioseph in Monita Confessariorum, tom. 1. lib. 1. tract. 10. de penitentia, numero 10. & 11. vbi sic ait. [La consanguinidad, y afinidad, es muy probable que no son diuersas especies porque en ambas es vna la causa de la prohibicion y assi en el versiculo que declara, quando dirimen si sit affinis por la afinidad entiendo tambien la consanguinidad.

Sup. hoc in Ref. præterita, prope finem, vers. plus addens, & in alio §. eius annot.

3. Los grados de consanguinidad y afinidad no difieren en especie entre si, y assi no es necesario declarar en la confession el grado de parentesco que ay con la persona que se conocio carnalmente, porque todos los grados son de vna misma especie in genere moris: y assi aunque es mas grave

Sup. hoc sup. in Ref. 107 & in omnibus aliis eius primæ not.

el incesto con la madre que con la hermana, o sobrina no muda especie sino solamente agrava, porque todos estos grados se oponen a la virtud de la piedad solamente, y cumplira el penitente con diez. Conectio incesto tantas vezes. Sigo esta opinion por facilitar la disculpa que ay en confessar estas materias, y por mirar por la fama del proximo. Ita ille.

4. Et hanc sententiam esse probabilem, & in praxi tutam tradidit me citato Trullench. in Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 8. §. 1. numero 2. & etiam me citato Leandrus de Sacrament. tom. 1. tractat. 5. disputat. 8. tit. 3. quest. 76. numero 837. licet ipsi contrariam sententiam tanquam probabilem sequantur, quod etiam nouissime sequitur Rocafull in Praxi Theolog. Moral. tom. 2. lib. 4. part. 4. cap. 6. num. 70. Sed nostram sententiam post hac scripta inveni me citato tenere etiam Doctum Patrem Thomam Tamburinum agentem de confessione lib. 2. cap. 7. §. 7. num. 48. ubi ait. Dico probabile esse nec consanguinitatem ab affinitate, nec vnum gradum ex his differre specie ab aliis. Vnde licet sine dubio grauius sit contra vnum gradum delinquere, v. g. contra primum cum matre, quam contra alium v. g. cum consobrina, tamen quia non mutatur species, puto non esse ea speciatim ex necessitate patefacienda. Ratio est, quia in omnibus his vna specie deformitas est (licet modo leuior, modo grauior) nempe contra reuerentiam debitam coniunctis, quod autem id oriatur interdum ex ipsa natura, vt in primo consanguinitatis gradu, & per alios etiam in secundo, interdum vero ex precepto Ecclesie, vt in caeteris, & maxime in gradibus affinitatis, nihil specie diuersum ex hoc necessariò inferitur: nam preceptum Superioris cum aliquod precipit, ponit materiam preceptam in ea specie virtutis, ratione cuius illud precipit, nunc autem Ecclesia abstinere ab illis congressibus precipit propter eandem reuerentiam coniunctis debitam. Quod deinde gradus ipsi non mutant speciem, inde probatur, quia hi nihil aliud inferunt nisi maiorem, vel minorem coniunctionem, magis autem, & minus non variant speciem etiam in hac re nostra morali, nisi aliunde probetur esse contra particularem virtutem, vel particulariter contra diuersum recte rationis dictamen. Id quod hic quamuis multi probabiliter inuenite, fatagant, nihilominus alij probabiliter item non inueniri posse contendunt. Ita ille.

RESOL. CXII.

An si quis commisit fornicationem, sufficiat, si dicat, in confessione, commisi graue peccatum in materia castitatis cum soluta? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 87. alias 88.

Sip hoc n
Ref. seq. si
gnanter a §.
Interim.

§. 1. **H**æc questio ponitur pro illis, qui tenent circumstantias aggravantes non esse in confessione aperiendas, & illam apud neminem inueni, nisi nouissime apud Turrianum de penit. q. 9. art. 2. disp. 29. dub. 2. ad arg. 5. ubi obseruat, quod recentiores aliqui censent probabile, talem modum confitendi sufficere, per se loquendo, licet penitens commiserit fornicationem. Et ipse hanc sententiam probabilem etiam putat, nam & contrariam, quam tenet, probabiliorem tantum vocat. Sed an sit verè talis, aliis iudicandum relinquo, communis enim vsus fidelium est in contrarium.

RESOL. CXIII.

An copulam fuisse consummatam sic explicandam in confessione? Id est, an sufficiat in confessione explicare peccatum graue contra castitatem habitum cum soluta, &c. non explicata copula consummata? Ex quo deducitur, an etiam si quis consilio suo directè induxerit aliquem ad fornicandum, satisfaciat, si postea in confessione dicat, induxi meo consilio aliquem ad graue peccatum contra castitatem cum soluta, &c. Ex part. 1. tr. 5. & Misc. 5. Ref. 48.

§. 1. **V**idetur quod non, & hanc sententiam tantum probabilem admittit doctus Pater Hieronymus Ferratinus in suis disputationibus de scandalo, & correct. fratrum disput. 1. quest. 27. num. 40. ubi sic ait; Quæ super sunt non leues difficultates. Prima est: An si quis suo consilio directè induxerit aliquem ad fornicationem, satisfaciat, si postea in confessione dicat: Induxi meo consilio aliquem ad graue peccatum contra castitatem cum soluta, &c. sed quia hæc questio spectat potius ad modum confitendi, & alioqui valde est grauis, ac difficilis, non est huius loci, nec ita leuiter examinanda.

2. Interim respondeo breuiter, id specialiter pendere ex illa altera questio, vtrum scilicet ille, qui fornicatus est, satisfaciat simili confessione sui peccati, dicendo nimirum, se contra castitatem commisisse graue peccatum cum soluta. Id enim si concedatur sufficere, sufficiat etiam sine dubio in primo hoc casu directè inductionis ad fornicationem.

3. Diana tract. de Sacramentis resolut. 88. citat Turrianum de penit. quest. 9. art. 2. disp. 29. dub. 2. ad arg. 5. Eumque ait, obseruasse, quod aliqui recentiores censent probabile, talem modum confitendi sufficere, per se loquendo, licet penitens commiserit fornicationem, & ipsum etiam hanc opinionem existimare probabilem, cum contrariam, & propriam probabiliorem tantum vocet.

4. Vnde ego etiam probabilem illam reputo. Ideoque probabile quoque existimo, quod sufficiat si ille qui per suum consilium cooperatus est directè ad eam fornicationem, confiteatur ita peccatum scandali, dicendo se suo consilio aliquem induxisse ad peccatum graue contra castitatem cum soluta. Ita ille.

5. Sed ego hanc sententiam olim impugnaui, & nunc iterum impugno; neque audeo tanquam probabilem admittere, per ea, quæ adduxit Dicalulus de Sacrament. tom. 2. tract. 8. disp. 9. dub. 8. num. 456. ibi sic asserit: Disputatores aliqui publice olim me audiente, defenderunt in Complutensi Vniuersitate non sine multorum admiratione (potius dixissent scandalo) satis, esse si quis fornicatus fuit, dicat in confessione, peccavi graue contra castitatem cum soluta, non explicata copula etiam si fuerit sequuta. Hos autem Theologos (si hoc nomine digni sunt) vix alioquin satis obseruantes Religiosi ordinis) bene perstrinxerunt Doctores alij, inter quos noster Turrianus, qui postea eorum suppresso nomine illos retulit in suo tractatu de Penit. disp. 29. dub. 2. ad 5. Preceptum illorum fundamentum erat, quod tactus, & oscula essent contra eandem virtutem castitatis cum copula, & non distingueretur eorum malitia specie à malitia culpæ.

6. Quicquid tamen illi effutuerint, asserendum omnino est tanquam verissimum, & communi Doctorum sensu firmatum, explicari debere copulam: nec sufficere si tantum in confessione dicatur, peccavi graue contra castitatem cum soluta, quia per illum modum confitendi non explicatur species, adeoque nec indiuiduum peccati, quantum sufficit ad dandum notitiam

notitiam Confessario, requisitam in hoc Sacramen-
to. Quod sic ostendo: Cum soluta potest quis pec-
care grauius contra castitatem peccatis distincte spe-
ciei, ergo qui solum dicit se peccasse grauius contra
castitatem cum soluta, non explicat speciem peccati
sui: antecedens probat, qui cum soluta peccat præ-
posteram libidine, peccat grauius contra castitatem
cum soluta. Item, qui fornicatur, item, qui se polluit
extra vas cum illa, peccat grauius cum soluta con-
tra castitatem, & tamen hæc peccata non sunt eius-
dem speciei. Ergo illa verba, de quouis peccato ex
illis verificari possunt, atque aded nullam illarum de-
terminare explicant.

7. Item ex Doctrina D. Thomæ, & recta ratione
videtur clarum, quod tactus, & oscula libidiosa se-
cundum se sunt media conducentia ad feminis deci-
sionem, & administrationem, quapropter non pos-
sunt non ordinari ad aliquam aliam speciem prædi-
ctæ luxuriæ tales tactus cum soluta. Nam vel assu-
muntur, vt dispositio, aut comites, & adiumenta
fornicationis, & tunc habent malitiam fornicati-
onis, vel ordinantur ex intentione operantis ad
præposteram luxuriam, & tunc illius malitiam habe-
bunt, vel non assumuntur in ordine ad alias spe-
cies, sed in ordine ad pollutionem extra omne vas, &
tunc habent malitiam molliciei cum complice femina;
vel non assumuntur ad finem pollutionis, sed
sistendo in ea voluptate, quæ in ipsis habetur, &
tunc hæc ipsa est inchoatio quædam pollutionis,
quatenus natura sua ij tactus tendunt ad feminis deci-
sionem, cumque non intenditur (vt supponitur) vi-
la copula, reitit sola inchoatio pollutionis in sua cau-
sa; atque aded habebunt malitiam molliciei imperfec-
ta. Cum ergo omnibus istis modis possit peccari
grauius contra castitatem cum soluta, non sufficit di-
cere in confessione, *peccavi grauius contra castitatem
cum soluta* manet enim adhuc inexplicata species, in
qua peccatum fuit. Ita Dicastillus.

8. Hanc etiam sententiam docet Eminentissimus
Dominus meus Cardinalis Lugo de *Pœnitent. disp.
16. sect. 5. §. 1. num. 258.* vbi testatur, quod contra-
ria sententia opponitur communiter Doctõrum sen-
sentia, & adducit rationem, quia licet tactus etiam,
& oscula habeant suam malitiam in ordine ad copu-
lam, ad quam ordinantur: diuerso tamen modo
opponuntur virtuti castitatis: nam copula opponit-
ur, tanquam actus consummatus, per quem cum
effectu inferitur nocuentum proli: at verò tactus
libidinosi opponuntur solum, vt dispositiones pro-
pter periculum, quod afferunt, & quia ex se ordi-
nantur, & disponunt ad copulam: quod non suffi-
cit ad participandam eandem speciem malitiam: vt
constat manifestè ex delectatione morosa: quæ qui-
dem accipit suam malitiam per ordinem ad pollu-
tionem, vel actum consummatum, ad quem ex se
disponit voluptas illa delectationis; & tamen nemo
dicit non differre speciem à pollutione consummata,
& intenta, nec id vllus concessit. Adde eiusmodi tactus
non solum prohiberi propter dispositionem ad
copulam, sed etiam propter delectationem turpem,
quam in se habent: quia omnem eiusmodi delecta-
tionem natura voluit prohibitam esse extra matrimo-
nium, quia alioquin homines minus de matrimonio
curarent.

9. Et tandem supradictam Patris Ferrantini, &
aliorum recentiorum opinionem repellit Franciscus
Quieto in *part. 2. D. Thomæ tract. 6. contron. 5. punct.
3. §. 8. num. 54.* sic asserens: Neque ex hoc licet in-
ferre quod aliqui recentiores dixerunt apud Turria-
nam de *pœnitent. disp. 9. quæst. 2. disput. 29. dub. 2. ad
5. argumentum*: videlicet sufficere in confessione ex-
plicare peccatum graue contra castitatem habitum
Tom. 1.

cum soluta, non explicata copula consummata, hoc
enim nullatenus audiendum est: nam præceptum
confessionis obligat ad explicandum peccatum exter-
nũ commissum, & hoc consistit in ipsa copula, in qua
cum contingit, consummatur effectus internus, qui
ad hunc ordinatur, & non consummatur in tactibus,
aut aliis actionibus præcedentibus, quia est in his
eadem sit malitia, ac in copula, hæc est præcipuum
subiectum malitiæ, per ordinem ad quem actus
præcedentes illam contrahunt, & ita copula ipsa,
quæ est subiectum principale, explicanda est, & ob
hanc rationem hæc explicata, necesse non est expli-
care alias actiones præambulas; & non sufficit hæc
explicari copula non explicata. Ita Quieto: Vnde li-
cet ego olim dixerim hanc sententiam esse probabili-
orem, & ided Pater Ferrantinus infert, me contra-
riam probabilem putare; nunc, vt dixi, me declaro,
& assero absolutè, talem sententiam intra terminos
probabilitatis non consistere.

RESOL. XCIV.

*An qui commisit, v. g. tria fornicationis peccata cum tri-
bus feminis, teneatur in confessione dicere se cum
tribus feminis fornicatum esse, vel satisfaciat dicen-
do ter se fornicatum fuisse? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 13.*

§. 1. **R**espondeo negatiuè cum Sancio in *tract.
disp. 1. n. 24* Homobono de *exam. Eccl. p. 1.
tract. 5. c. 13. q. 83.* Bonacina de *Sacr. disp. 5. q. 5. punct.
2. §. 3. diffin. 3. propos. 3. n. 14.* vbi sic ait: Qui commisit
tria fornicationis peccata cum tribus feminis, non te-
netur dicere, se tres feminas carnaliter cognouisse: sed
satisfacit dicendo, se ter fornicatum fuisse: nam actus
fornicationis, cæteris paribus, eandem habent mali-
tiam, siue committantur cum vna & eadem femina,
siue cum diuersis eiusdem rationis, & conditionis.]
Ita ille, qui citat etiam Azorium.

Sup. hoc cur-
siline in
fin. §. 1. Ref.
primæ post
seq. & eius
rationem
huic questio-
ni applica,
vel distingue.

RESOL. CXV.

*An consistenda sit circumstantia inductionis ad pecca-
tum, si alter ad peccatum paratus esset, vt si quis
fornicaretur cum muliere parata?
Et notatur, quod quando quis vititur aliqua perso-
na parata, vt maleficium soluat alio maleficio cum
pacto Demoniis, an teneatur hanc circumstantiam
explicare?
Aduertitur tamen, quod teneatur confiteri peccatum a-
ditionis sage, vel sagi. Ex part. 1. tr. 7. Ref. 34.*

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Bonac. de *Sacr. disp.
5. punct. 2. §. 3. diffin. 3. n. 19.* & ante illum
Sanchez in *sum. 10. 1. lib. 1. c. 6. n. 14.* quia etiam in isto
casu, quis cooperatur peccato alterius. Ergo, &c.

Sed contrariam sententiam tenendam existimo, &
illam docet Coninch de *Sacr. disp. 7. dub. 4. num. 13.*
Azor. *p. 1. lib. 1. c. 16. q. 5.* Ledelma in *sum. tom. 2.
de Pœnit. c. 19. dub. 7. fol. mibi 325* Suar. in *3. p. tom. 4.
disp. 22. sect. 4. n. 18.* & alij. Et ratio est: quia in tali
casu reuera non datur scandalum; nec propria, & mor-
alis inductio est, nam voluntas ex se, & sua sponte
iam exposita erat. Ergo, &c.

2. Notandum est, quod quando quis vititur aliqua
persona parata, vt maleficium soluat alio maleficio
cum pacto Demoniis, teneatur hanc circumstantiam
inductionis explicare: & ita docet Henriquez *lib. 5.
c. 7. num. 7.*

3. Sed hanc opinionem refellit Fagundez *Præcept.
2. lib. 4. c. 5. n. 3.* putat enim. tali casu non esse dictam
circum

circumstantiam inductionis confitendam, cum illa sit parata; & moraliter loquendo, talis non est causa inductionis; tenetur tamen confiteri peccatum aditionis magæ, vel magi: & ita etiam mihi videtur.

RESOL. CXVI.

An si quis peccauit cum femina, sufficiat de hoc se accusare non addendo se illam inuitasse?
Et an fatenda sit circumstantia scandali, si femina virum paratum sollicitasset?
Et an necessario fatenda sit inductio facta extraordinariis precibus, & æquivalentibus violentia morali?
Et an numerus feminarum, quibus cum adulterium, v. g. fuit commissum, sit in confessione explicandus? Ex part. 5. tr. 1. 3. & Misc. 1. Ref. 5.

Sup. hoc sup. §. 1. **C**asus est frequentissimus, & negatiuam lege doctrinam Ref. 13. & aliarum Ref. & 55. eius primæ not.
 §. 1. **C**asus est frequentissimus, & negatiuam sententiam docet Lorca in 2. 2. D. Thom. *quest. 43. art. 8. sect. 3. disp. 5. 6. num. 6.* vbi sic ait: Scandalum actiuum quando non est speciale peccatum, est circumstantia, & aded aggrauans, vt nimis auget peccatum, & sit in confessione explicanda; qui enim esset causa peccati alterius, non satisfaceret integritati confessionis, si solum diceret: Peccauit cum quodam femina, aut fui particeps homicidij, quod quidam commisit, sed exprimere tenetur, sui causa peccati alterius, & induxi illum ad peccandum. Neque quisquam concessit hanc circumstantiam taceri posse, neque tunc, & sine temeritate concederetur. Siue ergo scandalum actiuum indirectè voluit sit circumstantia mutans speciem, siue non, est in confessione explicandum. Ita ille. Vnde ex his sequitur, * numerum feminarum, quibuscum adulterium, v. g. fuit commissum, esse explicandum, eo quod peccatum scandali sit distinctum personas ad fornicationem inuitare.

* Sup. hoc numero lege doctrinam Ref. primæ post præcitantam.

2. Sed aduersus illum insurgit vterque Sanchez, Thomas & Ioannes, hic in *select. disp. 1. n. 24. ille in summa tom. 1. lib. 1. cap. 6. n. 14.* vbi docet, quod licet crimen scandali sit femina inducere; opus tamen non est illud in confessione explicare, quia dum fateatur vir fornicationem commississe, communiter intelligitur, vt ego etiam alibi notauit, femina sollicitasse; sicut è contra dicendum est fatendam esse circumstantiam scandali, si femina virum paratum sollicitasset, quia in fornicatione femina ea circumstantia non exprimitur, femina enim communiter non sollicitant, sed viri, vnde hi non tenentur circumstantiam scandali aperire, illæ autem sic. Ad illationem verò contrariæ sententiæ respondeo non esse grauius crimen decies eandem feminam inducere, quam sigillatim decem feminas, cum in vtroque casu inductio solum denaria sit. Certum est tamen inductionem speciem mutare, & necessariò esse confitendam, quando inductio facta est extraordinariis precibus, & æquivalentibus violentiæ morali, vt docet Salas in p. 2. tom. 2. tract. 1. 3. disp. 5. sect. 1. 5. num. 133.

2. Non desinam tamen hic adnotare celebrem doctrinam, quam ex Valquez docet Ludouicus Maratius in D. Thom. tom. 3. tract. de sacrament. Penitentia disp. 27. sect. 4. n. 8. vbi sic ait: Eum qui vel verbo, vel facto causa est alteri peccandi, vel causam esse peccandi secum, vel non secum si secundum, debere confiteri hanc causalitatis circumstantiam, quia est peccatum ab eo; quod committit ipse numero distinctum; sin autem primum distinguendum rursus est: vel enim peccatum, ad quod secum committendum alterum inuitat, tale est sua natura, vt non nisi à duobus committi possit, cuiusmodi fornicatio est; vel tale non est; si secundum, illa inuitatio de-

claranda est; quia peccatum numero diuersum est ab eo, quod committit ille, qui alium ad peccandum inuitat; si primum, sententia probabilis est, & in præsertim, quam sequitur Valquez hic ad art. 1. quest. 91. dub. 4. non esse necessarium illam inuitationem declarare, quod idem numero peccatum sit cum eo, ad quod inuitat: quanquam probabile etiam sit, & fortè probabilius multo illam erga peccatum persone ad peccandum inuitatæ causalitatem esse diuersum numero peccatum, ac proinde in confessione declarandum. Ita Maratius.

RESOL. CXVII.

An circumstantia durationis temporis sit in confessione aperienda?
Et an quando fuerit nimia explicari oporteat?
Et an si daretur casus, in quo penitens in memoria haberet omnes delectationes v. g. morosas, quas per annum habuit, teneatur aperire talem durationem temporis, vel sufficiat dicere, toties morosè delectatus sum?
Et an, si quis haberet rem cum concubina tota nocte, teneatur explicare hanc circumstantiam, & grauitatem, vel sufficiat confiteri numerum peccatorum, videlicet semel, vel bis fornicatus sum? Ex part. 1. tract. 7. Ref. 39.

§. 1. **R**espondeo negatiuè cum Zerola in præsertim *penit. cap. 12. g. 15.* Valquez in 3. p. tom. 4. p. 91. art. 1. dub. 3. n. 36. contra Canum, Sotum, & alios, vbi sic asserit. [Ex qua ratione Nauarrus docet, temporis durationem non esse necessariò explicandam, in quantum aggrauans est; docet tamen, & bene, quando fuerit nimia explicari oportere: quia forsan videtur vnus peccatum, & plura fuerunt, quorum numerus, cum explicari commodè non possit, oportet durationem explicare.] Ita ille.

2. Vnde temporis duratio in confessione aperienda est, non quatenus est circumstantia aggrauans, sed quatenus illam explicando penitens manifestat eodem modo, quo potest numerum peccatorum necessariò in confessione explicandorum. Et idè, si daretur casus, in quo penitens in memoria haberet omnes delectationes, v. g. morosas, quas per annum habuit, non tenetur in confessione aperire talem durationem temporis, sed sufficeret dicere: Toties morosè delectatus sum; quidquid in contrarium afferant, Henriquez lib. 3. c. 5. n. 5. & Coninch de Sacram. disp. 7. dub. 3. n. 5. cum aliis Et idè etiam putat Zerola, vbi supra, quod si quis haberet rem cum concubina tota nocte, non tenetur exprimere hanc grauitatem, sed sufficit confiteri numerum peccatorum, videlicet: Semel, vel bis fornicatus sum. Vide aliqua hic addenda in tertia huius Operis Parte, Tract. 4. de Sacram. * 67.

RESOL. CXVIII.

An qui tota nocte dormiuit cum muliere teneatur in confessione explicare hanc circumstantiam, vel sufficiat confiteri numerum copularum? Ex part. 5. tr. 1. 4. Misc. 2. Ref. 10.

§. 1. **N**on sufficere numerum copularum exprimere ex Nauarro docet Alphonsus de Vega in spec. paroch. to. 1. cap. 11. §. 26. n. 168. vbi sic ait: *Aduerte Nauarro que puede auer tanto desorden, y tanta torpeza en estas obras, que sea necesario declararlo en la confession, por ser circunstancia agravante. Pone el exemplo en un hombre, que no naua*

De Circumstantiis aggrau. Ref. CXIX &c. 403

parte con una muger mas que una vez, empero esu-
neste toda una noche con ella, exercitandose en mil
dehonesidades, en tal caso no declara suficientemen-
te su pecado, diciendo que conocio una fornicationis
porque esto no es necessariamente accessorio a la obra de
fornicacion; y assi particularissimamente se ha de de-
clarar en la confesion.

2. Sed ego pro contraria sententia in 1. p. tract. 7.
*resol. 39. adduxi Zerolam, cui nunc addo Sancium in
seleto, disp. 21. n. 13. Bartholomæum à Sancto Fausto
in Theolo. mor. de sac. Pœnit. tom. 1. lib. 4. q. 8. vbi sic
asserit: Quarto infertur eum, qui rem habuit cum
muliere tota nocte, non teneri exprimere hanc graui-
tatem, quæ non mutat speciem, sufficit enim con-
fiteri numerum copularum. Sic ille. Et re vera si hæc
deformitas est tantum circumstantia aggrauans, vt
ipsemet Vega in verbis supra citatis confitetur, pro-
babilem puto hanc sententiam; nam probabiliter as-
serunt Doctores quos ego in dist. tract. resol. 1. ad sa-
tietatem adduxi, circumstantias aggrauantes non esse
necessariò in confessione explicandas. Sed Sanchez
vbi supra putat hanc circumstantiam neque esse ex
aggrauantibus.

RESOL. CXIX.

An si quis fornicatur, teneatur non solum explicare
actum, sed circumstantias, vt tactus, oscula, &c. qua
subsequuntur copulam?

Idem docetur de gaudio, aut colloctione consequente
ad prehabitam fornicationem, licet intercesserit ma-
gna interruptio temporis inter copulam, & con-
sequentia ad illam? Ex part. 1. tractat. 7. Resol.
lut. 42.

§. 1. Affirmatiuè respondet Vasquez in 3. tom.
4. q. 91. art. 1. dub. 5. num. 35. Suarez in
3. p. tom. 2. disp. 2. scilicet. 2. n. 8. & 9. Coninch. de Sac.
disp. 7. dub. 7. num. 59. & alij. Quia, cum illa non or-
dinatur ad copulam præcedentem, sed ad sequen-
tem, non possunt cum illa eundem actum constitue-
re. Ergo sunt explicanda.

2. Sed contraria sententia in praxi communiter
obseruatur; & illam docet Henriquez in sum. lib. 5.
c. 5. n. 5. & in Glossa, littera V. vbi sic asserit: Est vnu
numero peccatum, quando quis ante fornicationem,
& post illam, continuat actus libidinosos. Limitant
aliqui, nisi essent actus exorbitantes ad maiorem vo-
luptatem inuenti, qui non satis explicantur in actu
principali; & imò aliqui putant, quòd præter copu-
lam tenetur exprimere tactus, & oscula. At reuerà
prædicti actus etiam extraordinarij habent se mate-
rialiter respectu eiu (dem formæ, nec sunt necessarij
explicandi.] Ita Henriquez, & ante illum Nauarrus
c. 6. n. 7. Zanardus in direct. Theol. par. 1. tr. de Pœnit.
c. 18. Sancius disp. 6. n. 3. Zerola in praxi, de pœnit. c.
12. q. 4. Azorius par. 1. lib. 4. c. 4. in fine. & alij. Idem,
qui post copulam tangit, & osculatur, etiam propter
delectationem, denuò meretricem, dummodo hæc non
faciat ad iterandam fornicationem, non tenetur illa
oscula, & tactus declarare: sed sufficit dicere: To-
ties fornicatus sum, quia talia oscula, & tactus cum
actu, & effectu principali coniunguntur, & cum eo
constituunt vnum numero peccatum: vnde explica-
to actu principali, etiam censentur huiusmodi actio-
nes explicatæ.

3. Netandum est etiam, quòd Sancius vbi supra,
disp. 6. num. 3. idem docet de gaudio, aut colloctione
consequente ad præhabitam fornicationem, licet in-
tercesserit magna interruptio temporis inter copulam
& consequentia ad illam. Hoc tamen intelligit, quan-

do is, qui fornicationem commisit, ad alia negotia
agenda non se diuertit; sed in eodem situ, & statu,
quo peccauit, perseverat, retinens fœminam ad de-
fœculandum illam, & colloquendum; vel forte fœmi-
na discesserit ex vtriusque conuentione, expectet re-
ditum ad iterum defœculandum eam, vel ad collo-
quendum cum periculo defœculationis. Ita ille. Vide
super hoc Ref. 67. tr. quarti de Sac. tertie Paris.

Quæ hic est
infr. Ref. 165.
§. In Ref. 42.

RESOL. CXX.

Quidam adiuu meretricem, vt eius tactibus fruere-
tur sine intentione fornicandi, & postea fornicatus est.
quaritur, an sufficiat explicare in confessione fornicationem
tantum sine tactibus?

Et docetur, quod non in isto casu, sed in alijs ordina-
rijs, tactus & oscula non sunt explicanda, quando
ordinantur, & sunt inchoationes ad copulam, vel
sequuntur fornicationem? Ex part. 4. tr. 4. & Misc.
Ref. 205.

§. 1. DE hoc casu olim interrogatus fui, & qui-
dam putauit illos tactus non esse in con-
fessione explicandos; nixus autoritate Doctorum
asserentium tactus ante fornicationem non esse in
confessione explicandos: sed nunc ego affirmatiuam
sententiam mordicus tenui, quam in terminis, vt di-
ci solet, terminantibus tenet nouissimè Gaspar Hur-
tado de Sacram. disp. 9. de pœnit. difficult. 6. vbi sic
ait: Si tactus non fiant ex affectu fornicationis, sed
tantum ob libidinem in ipsis repertam, si fornicatio
postea fiat ex alio affectu, tunc erunt peccatum di-
stinctum à fornicatione, quia tunc non ordinantur ad
illam ex affectu operantis. Ita ille.

Sup. hoc in
Ref. seq. &
infra in Ref.
164. §. Quo-
ro secundo.

2. Dicendum est igitur tunc tactus, & oscula non
esse in confessione explicanda, quando ordinantur,
& sunt inchoationes ad copulam, nam quamuis ra-
tione sui habeant propriam malitiam, non censentur
tunc moraliter peccatum numero distinctum à copu-
la, ad quam ordinantur quod verum existimo contra
Hurtadum loco citato, etiam si oscula, & tactus
sequantur fornicationem, sunt enim illius comple-
mentum, & quasi appendix illius, vt alibi satis proba-
tum est, & sic non sunt explicanda in confessione,
quod non procedit in casu proposito dubitationis,
nam illi tactus, & oscula à principio non fuerunt ordi-
nata ad copulam ergo, &c.

Alibi in Ref.
præterita, &
in alijs §.
cuius prin-
cipium
annot.

RESOL. CXXI.

An si tactus, & oscula non ordinantur ad copulam, qua
tamen postea subsequuta est, sint præter copulam in
confessione aperienda? Ex part. 1. tr. 5. & Misc. 5.
Ref. 42.

§. 1. Affirmatiuè cum pluribus olim respondi,
sed nominatim contra me negatiuè sen-
tentia adheret Pater Leander de Sac. tom. 1. tract. 5.
disp. 8. §. 6. quæst. 10. putat enim in tali casu sat esse
copulam confiteri; quia licet in dicto casu deficiat
finis operantis, propter cuius defectum non possunt
tactus coniungi cum fornicatione, & efficere ex hac
parte vnum peccatum cum illa: tamen non deficit fi-
nis ipsius operis, tactus videlicet, seu mediij, ratione
cuius coniunctionis, hæc omnia media inter se, &
cum opere principali, quod postea sequitur, vnum
constituunt peccatum in genere moris; & idem non
oportet in confessione explicari, quia explicata forni-
catione, etiam ipsa explicata manent. Ita Leander, qui
etiam dicit hanc sententiam tenuisse Doctores moder-
nos ab ipso de hoc casu consultos; nec ab hac sen-
tentia

Sup. hoc in
Ref. præteri-
ta, & infra in
Ref. 164. §.
Quæro se-
cundo.

rentia videtur esse alienum, Ouiedo *in p. 2. D. Thomae tract. 6. controu. 5. punct. 3. §. 6. n. 8.* ubi me citato, sic ait; Quando tactus, & oscula copulam praecesserunt non ex intentione copulae, & statim post illa nouo actu voluntatis copula successit, distinctam malitiam à copulae malitia necessariò in confessione explicandam continere, docet Vasquez, Hurtadus, & Diana. Ratio horum Authorum est, quia licet hi actus ad copulam sint ordinabiles, per se ad illam non ordinantur, & per se sunt prohibiti: & mali, & ita, cum ex intentione operantis ad illam non fuerint ordinati, malitiam aliam numero distinctam continent. Opposita sententia videretur alicui non omninò ratione destituta, quia tactus, & oscula praecedentia copulam, eandem secundum speciem malitiam continent, ac proinde cum sine interruptione morali exercentur, cum ea continuanda esse videntur, ita vt voluntas secunda habendi copulam in se primam, & primum obiectum auctum iam, vt magis extensum intrat eandem speciem contineat. Potest etiam dici tactus, & oscula per se ad fornicationem ordinati, etsi operans possit pro sua voluntate in illis fistere, & ad copulam non procedere. Hucusque Ouiedo.

2. Sed ego non discedo à sententia affirmatiua, quam docui, & quam me citato omninò veram esse putat Dicastillus *de Sacram. tom. 2. tractat. 8. disput. 9. dub. 2. num. 76.* quam etiam tenet Cardinalis Lugo *de poenitent. disp. 16. num. 556.* Et ratio est, quia hi tactus in eo casu non habent illam vnitatem moralem cum copula, ad quam non ordinantur ex intentione expressa, vel interpretatiua, seu indirecta operantis, & ipsi actus per se sunt peccatum, ergo siue specie differat eorum malitia ab ipsa malitia copulae, siue non, erunt distinctum peccatum, saltem numero, atque adeò exprimendum, nec ad hoc probandum est necessarium asserere (quod facit Lugo) malitiam illorum actuum esse diuersam. Eodem modo Philosophari debemus in eo, qui sine animo occidendi, nec occisionis periculo prauius, voluit inimicum grauius quidem percutere, aut vulnerare, non tamen lethaliter, postea verò ex alia voluntate lethaliter percutiendo immediatè occidit, est enim eadem ratio, priores enim actiones non component vnum peccatum cum occisione; esset tamen peccatum vnicum, si omnes illae percussiones secundum se sistendo in illis essent eiusdem speciei inadaequate cum homicidio (aut essent homicidiiu partiale, si fuissent mutilationes) siue essent (vt alij volunt) diuersae naturae, sunt tamen in ordine ad homicidium plenum, quod postea procedit, atque adeò component cum illo vnum peccatum vnitatem morali, vt de tactibus impudicis dictum est.

RESOL. CXXII.

An sufficiat, vt meretrix inueterata in confessione tantum manifestet tempus eius officij?

Et an saltem praeter tempus oporteat, vt principales species peccatorum, quas possit numerare dicat, vt si cum Clericis, Religiosis, propinquis, coniugatis peccauerit, vel si crimen nefandum cum ipsis commiserit?

Ex quo sequitur, quod quando poenitens per longum tempus fuit in malo statu, aut consuetudine iterationis alicuius peccati, ita vt non possit designare numerum, quantum humanitus fieri potest, satisfacit declarando tempus, quo fuit in tali statu, & consuetudine?

Ex quo etiam inferitur, quod Rustici homines, qui

agrestis, & inculto modo confitentur sine numero, & diligentia, cogendi non sunt repetere confessiones factas cum indoctis Parochis: Ex part. 3. tr. 4. Rel. 88. alias 89.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent nouissimè Pharaeus *de sacram. poenit. tract. 1. §. 1. c. 6. §. 1.* Canus *de poenit. §. colligo* Attamen Caietanus *to. 1. opuse. tr. 3. q. 3.* Petrus Soto *lect. 9. de confessione, & Nauarrus in sum. c. 6. n. 15* asserunt talem sceminam non obligari ad explicandum speciatim numerum peccatorum, sed sufficere, si manifestet tempus.

2. Et hanc sententiam tanquam probabilem videntur etiam admittere Fagundez *pr. 2. lib. 3. c. 4. n. 1. in fine.* licet ipse, optimè doceat, quòd supra dicta meretrices, oportet, vt saltem praeter tempus principales species peccatorum, quas possunt numerare, dicant, vt si cum clericis, religiosis, propinquis, coniugatis peccauerint, vel si crimen nefandum cum ipsis commiserint, &c. Et ita etiam docent Villalobos *in sum. t. 1. tr. 9. diff. 3. n. 5.* Henriquez *lib. 2. de poen. c. 5. n. 9.* Turrianus *de poen. q. 9. art. 2. disp. 19. dub. 4. Sotus in 4. disp. 18. q. 2.* Suarez *t. 4. disp. 2. sect. 6. n. 8. 9. & alij.*

3. Ex his apparet, vt bene obseruat Fay *de poenit. in addit. ad 3. part. q. 9. art. 2. disp. 2. concl. 2.* cum aliis communiter, quòd quando poenitens per longum tempus fuit in malo statu, aut consuetudine iterationis alicuius peccati, ita vt non possit designare numerum, quantum humanitus fieri potest, satisfaciat declarando tempus, quo fuit in tali statu, & consuetudine.

* Hinc etiam inferitur, quòd rustici homines, qui agrestis, & inculto modo confitentur, sine numero, & diligentia, cogendi non sunt repetere confessiones factas cum indoctis Parochis. Cum enim bona fide confiteantur, & vniuersam vitam modum, & vniuersam rationem habeant, statim ex confessione vnius anni coniciet prudens Confessarius, quantum in reliquis annis peccauerint, & quot numero peccata commiserint. Ita Fagundez *supra n. 1. c. 2. n. 5.* Henriquez *lib. 2. de poenit. cap. 3. n. 10.*

RESOL. CXXIII.

An poenitens à Confessario interrogatus teneatur confiteri se habuisse consuetudinem peccandi?
Et an in tali casu possit vti aequiuocatione, Confessarium eludendo? Ex part. 1. tr. 7. & Misc. 7. Rel. 37.

§. 1. **H**oc dubium nouissimè adducit, & ad illud sic respondet Ioannes Pontius *in cor. Theolog. disputat. 4. §. quest. 4. conclus. 2. numer. 32.* Quæri solet, an poenitens teneatur confessario interroganti, an habuerit consuetudinem committendi peccatum, quod confitetur, respondere quòd sic, si eam habuerit?

2. Ioannes Sancius negat; Cardinalis de Lugo affirmat.

Ille mouetur, quia non tenetur poenitens peccata dimissa subiicere iterum Clauibus, ergo potest eludere aliqua aequiuocatione interrogationem Confessarii.

3. Fundamentum Cardinalis est quòd licet, quis non teneatur confiteri quantitatè furi mortalis, secundum eos, qui putant circumstantias aggravantes non necessariò confitendas esse; tamen si fuerit ante in familia peccata, tenebitur tamen, si interrogetur.

4. Sed certè hoc fundamentum non subsistit, primò, quia non est eadem ratio vtriusque casus; nam

ideo deberet quantitas furti significari Sacerdoti interroganti; quia illa deseruiret, vt Confessarius imponat penitentiam secundum grauitatem peccati ex natura intrinseca ipsius; sed in alio casu lapsus antecedens in similia peccata, non est circumstantia, saltem intrinseca, aggrauans peccatum sequens; nec propterea Confessarius debet imponere maiorem penitentiam ratione ipsius: ergo non est eadem ratio vtriusque casus.

5. Secundo, quia reuera, si non debeat confiteri illam circumstantiam furti, non debet illam magis confiteri interroganti, quam lapsus praecedentes. Vnde idem per idem, & eiusdem rationis probatur hoc fundamento: nec est necessarium, vt Sacerdos imponat penitentiam, nisi iuxta speciem peccati, & circumstantias, quas penitens debet confiteri.

6. Itaque existimo non teneri quem confiteri lapsus antecedentes, quamuis vtiliter posset, si vellet. Sed non placet modus eludendi interrogationem per equiuocationem, propter doctrinam quam tradidi in commentariis meis ad tertium de illa materia. Melius esset absolute, & sincere dicere: Pater hoc non spectat ad rem, quicquid sit de hoc, iam spero cum gratia Dei cauere lapsum in posterum. Et certe illae interrogationes non necessariae, sunt valde periculosa, nam si aliquis a puella ingenua & pudibunda, quae aliquando lapsa est, & iterum confitetur nouum lapsum quaereret, an lapsa sit aliis, periculum esset, quod id non confiteretur, & consequenter, si non posset sine peccato id facere, committeret sacrilegium, quod aliis non commisisset. Et sane experientia mihi constat ex nimis rigidis, & indiscretis interrogationibus, quarum plurimae in iuuenibus praesertim Confessariis oriuntur ex curiositate, plura mala euenire, quam si omittentur, nec iugum huius Sacramenti aliis ex se difficile est vilo modo aggrauandum vltra necessitatem. Hucusque Pontius vbi supra.

7. Et hanc sententiam tenet nouissimum nominatum contra Me Leander de Sacram. tom. 2. tract. 5. disp. 8. §. 7. quae. 21. vbi quaerit, An saltem teneatur penitens confiteri consuetudinem; si à Confessario de illa interrogetur? & respondet adhuc in hoc casu, non teneri, si aliis penitens verè sit dispositus. Quia penitens non tenetur (vt vidimus) talem consuetudinem confiteri. Ergo nec Confessarius habet ius ad hoc interrogandum.

8. Sed affirmatiua sententiam tenet Reuerendissimus Candidus tom. 2. disquisit. 24. art. 23. dub. 48. sic allens: Consuetudo peccandi est necessario fatenda in confessione, quia etsi non mutet speciem peccatorum, aggrauat tamen notabiliter, tum quia consuetudo peccandi constituit hominem secundum praesentem statum in quodam morali periculo, & facilitate peccandi, & necessarium est vt Confessor hanc consuetudinem sciat, vt de dispositione, & obligatione penitentis certus reddatur; tum quia Confessarius, qui medici, & iudicis vices gerit in Sacramento penitentiae, non cognita consuetudine peccandi, non posset penitenti congrua remedia pro eius salute exhibere.

9. Si verò Confessarius iusta de causa penitentem interroget de consuetudine peccandi, vt penitentis dispositionem intelligat, penitens tenetur consuetudinem explicare, secundum omnium Doctorum sententiam, quia consuetudo peccandi arguit infirmum emendationis propositum. Ita ille. Verum ego quoad primum eius dictum dissentio per ea, quae alibi adduxi, & me citato ad lucit Leander vbi supra §. 20. libenter tamen eius secundum dictum amplector contra Pontium, & Leandrum vbi supra.

10. Itaque, me citato Agidius Bassæus vir quidem doctus in suis flor. Theol. pract. verb. circumstantia

§. 4. num. 12. sic ait: An consuetudo peccandi, vel circumstantia relapsus sit exprimenda in confessione? affirmant Henriquez, Fagundez, & alij, quando est valde frequens; nam tunc valde aggrauat. Negant Valquez, Suarez, Reginaldus, & alij, nisi quando consuetudo illa peccandi fuisset ex occasione proxima, quam penitens tenetur refecare, vel nisi iusta de causa interrogetur à Confessario: Ratio illorum est, quia circumstantia relapsus non mutat speciem, & non potest afferri ratio per se loquendo, cur penitens obligetur ad huiusmodi circumstantiam explicandam, modo cum debito dolore peccata commissa quoad numerum, & speciem explicet, ac in posterum vitae emendationem firmiter proponat: Alias enim si consuetudinem peccandi tenetur penitens aperire; Idem esset quod obligare illum peccata legitime confessa iterum repetere, quod sane nullo praescepto induci potest. Quod autem penitens teneatur illam circumstantiam explicare, si à Confessario interrogetur; ratio est, quia Confessarius Medici, & Iudicis vices gerit in hoc Sacramento, & cognita peccandi consuetudine poterit penitenti diuersa remedia exhibere, v.g. peccatum molitici ex consuetudine patienti, frequentes confessiones cum vno, eodemque Confessario bis, aut ter in hebdomada, si opus fuerit, iniungere. Ita Bassæus; cui etiam adde me citato, carissimum Patrem Auerla de Sacrament. penit. q. 10. sect. 10. in fine; & Gesualdum in Theol. mor. tom. 1. tract. 19. c. 3. n. 14. Dico igitur penitentem (per se loquendo) non teneri hoc explicare, quia consuetudo peccandi non mutat speciem peccati: Imò hoc esset valde onerosum penitenti: Nam saepe saepius obligaretur ad confitendum iterum peccata aliis confessa absque rationabili causa; Dixi (per se loquendo) quia quandoque erit expediens; vt videlicet Confessarius percipiat statum penitentis. An sit in periculo recidendi in posterum, & vt possit remedia opportuna, & necessaria illi praestare. Ideoque si à Confessario penitens interrogatus fuerit de consuetudine, debet penitens in casu veritatem aperire, vt illi satisfaciatur: Si verò non interrogetur, hoc explicare non debet nisi quando necesse sit, vt declaret Confessario statum conscientiae suae.

11. Et ita hanc sententiam praeter Doctores citatos tenent etiam Pater Tamburinus opusc. de confess. lib. 2. cap. 1. §. 1. n. 6. & Trullench. de Sacram. lib. 4. c. 6. dub. 4. n. 32. Patet igitur ex dictis contra Pontium, nostram sententiam esse magis communem.

RESOL. CXXIV.

An consuetudo peccandi sit circumstantia aperienda in confessione?

Et quid, quando consuetudo illa peccandi fuisset ex occasione proxima? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 15.

§. 1. Affirmatiue respondet Fagundez Praecept. 2. lib. 4. c. 4. num. 7. Henriquez lib. 5. c. 8. num. 2. qui in Glossa, litt. A. citat pro hac sententia D. Antoninum, Tabienam, Rosellam, Syluestrum, Sotum & alios.

2. Sed contrariam sententiam, & merito docet Bonacina de Sacrament. disput. 5. q. 5. sect. 2. punct. 3. §. 3. diff. 3. num. 22. qui citat Suarez, Reginald. & Zanolam, quibus ego addo Valq. in 3. p. to. 4. q. 91. art. 1. dub. 3. num. 3. nisi, quando consuetudo illa peccandi fuisset ex occasione proxima, quam penitens tenetur refecare: sed, quando fuisset consuetudo, vbi non est haec occasio; tunc enim non tenetur talem consuetudinem explicare, nisi à Confessario iusta de causa

Sup. hac consuetudine in duabus Ref. seqq. & hic supra in §. Sed affirmatiua, à lin. 3

Sup. hoc in Ref. praeterita §. Itaque me, & in aliis eius not.

Sup. hoc in Ref. seq. §. Vnde, ad medium.

inter

Sup. hoc in primis lin. Ref. not. seq. &c.

Que nunc hęc sequetur, & in aliis eius primę annot.

interrogetur, vt illius dispositionem intelligat: quia consuetudo arguit infirmum emendationis propositum. Vide infra in Resol. 55. vbi Sancium contrarium docentem inuenies.

RESOL. CXXV.

An circumstantia recidendi sit aliquando confitenda?
Et an Confessarius propter consuetudinem peccandi possit differre absolutionem?
Et an Confessarius habeat ius ad interrogandum de consuetudine peccandi, quia nullo precepto humano induci potest, quod penitens obligetur peccata legitime confessi repetere, quando non interuenit reseruatio, imo licet interueniat reseruatio, non potest penitens obligari ad iterum confitenda peccata?
Et ideo inferitur, quod si penitens probabiliter credat Confessarium non impensurum illi absolutionem, si fuerit consuetudinem peccandi posse, a quiuocatione vtendo, negare consuetudinem.
Et an hoc vltimum procedat, si etiam credat absolutionem se raturum?
Idem est de occasione proxima inenitabili tamen sine magno incommodo, & scandalo; nam in tali casu possit etiam penitens vti a quiuocatione, licet a Confessario de tali occasione interrogetur?
Et notatur non esse denegandam absolutionem habenti consuetudinem iurandi, nec ignorantiam doctrinam Christianam, etsi sepe monitus non didicisset, dummodo peniteat de praterito, & proponat de futuro.
Et inferitur peccatorem consuetudinarium in quocumque peccato, dummodo habeat dolorem de peccato, & firmum propositum cauendi de cetero, esse absoluen- dum toties, quoties? Ex part. 1. tr. 7. Resol. 55.

Sup. cōtento in primis lin. huius textus supra in Resol. 133. & in aliis eius primę not. Sup. hac doctrina sup. in tr. 4. Resol. 26. & in Resol. 28. & à §. Sed difficultas, & in Resol. 30. & in tr. 6. Resol. 19. in principio.

§. 1. **T**eneri penitentem confiteri consuetudinem peccandi si a Confessario interrogetur docet Vasquez in 3. p. tom. 4. q. 9. 1. art. 1. dub. 3. Henriquez lib. 5. cap. 8. n. 1. Reginaldus tom. 1. dub. 6. c. 4. n. 133. & nos supra in Resol. 15. docuimus. Et posse Confessarium, etiam per mentem, plus, vel minus, secundum prudentiam differre absolutionem alicui peccato, docet Grassius p. 1. dec. lib. 1. c. 20. num. 14. Idem etiam docet Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 32. scilicet. 2. in fine. Sayrus in clauis regis, lib. 5. cap. 5. num. 8. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 32. n. 45. Toletus lib. 3. c. 18. n. 2. Iterum Suarez de Relig. tom. 2. lib. 3. c. 8. in fine. Reginaldus in praxi, to. 2. lib. 18. n. 87. Villalobos in sum. tom. 1. tractat. 11. difficult. 25. in fin. Delrius in disquis. mag. lib. 1. cap. 5. quest. 4. in fin. Sa verb. absolution. n. 14. Henriquez lib. 4. cap. 24. n. 4. Bañez in 2. 2. q. 2. art. 8. dub. 2. Ledesma in sum. tom. 2. tract. 1. c. 3. post concl. 7. & alij.

2. Non reticebo tamen, (quod est valde notandum, quia nouum,) Ioannem Sancium in suis practi- cis disputacionibus Martini impressis, anno 1524. disp. 9. n. 6. & seq. contrariam sententiam ex multis rationibus docere: & ideo putat Confessarium ius non habere ad interrogandum de consuetudine peccandi cum neque illud habeat, vt bis eadem peccata quis confiteatur, nec ad afficiendum penitentem pudore, & dedecore, consuetudine peccati cognita: sed debet penitens statim absolui, si vere dolorem habeat de prateritis, ac in posterum vite emendationem firmiter proponat. Probat hanc sententiam autoritate aliquorum Doctorum. Et ratio est: quia, vt supra dictum est, si consuetudinem peccandi teneretur penitens aperire, idem esset, quod obligare illum peccata legitime confessi iterum repetere; quod sane nullo precepto humano induci potest, saltem quando non interuenit reseruatio: imò licet interueniat reseruatio, non posse penitentem obligari ad iterum con-

Sup hoc sup. in r. 5. Resol. 18.

fitēda peccata, docet Vasquez in 3. p. 10. 4. q. 9. 3. art. 1. dub. 6. n. 4. retractans sententiam, quam antea docerat in 9. 9. 1. art. 3. dub. 6. 7. & 8.

3. Deinde penitens, quamuis sit pessima consuetudini addictus, si mentem mutauerit, & occasionem frangere proposuerit in illo non remanet status peccati: ergo illi non est deneganda absolutio: nam, si Confessarius potest in tali casu licite absolueri penitentem, vt ipsimet aduersarij concedunt; ad id tenentur, quia penitens habet semper ius, vt sibi non negetur absolutio, si dignus sit, nisi illi efficiatur de proprio ipsius penitentis consensu.

4. Vnde ex his inferi Sancius, quòd si penitens probabiliter credat, Confessarium non impensurum illi absolutionem, si tateretur consuetudinem peccandi, posse a quiuocatione vtendo, negare consuetudinem, vt fiat sensus: Consuetudine careo peccandi, non absolute; sed ad confitendum tibi de presentia. Et hoc etiam procedit, si credat, absolutionem se nacturum cum ad confitenda eadem peccata bis non sit obligatus, nec patiendum pudorem ex consuetudine iam notariendum. Idem dicendum est de occasione proxima, inenitabili tamen, sine magno incommodo, & scandalo: nam in tali casu possit etiam penitens vti a quiuocatione, licet a Confessario de tali occasione interrogetur: nam postea vero propositum, vt si penitens, emendationis, habet penitens ius ad absolutionem: & vt Confessarius recte suo fungatur officio, nihil conducit scire, sine penitentis in occasione, vt non dato, quòd illum vitare non potest, eò quòd sine cognoscat occasionem, siue non teneatur Confessarius absolutionem dare. Ergo, &c. Deducitur etiam ex dictis contra Azorium tom. 1. lib. 11. c. 3. q. 4. non esse denegandam absolutionem habenti consuetudinem iurandi; & contra Ledesma in sum. tom. 2. tract. 1. c. 3. post 7. conclus. & alios, ignorantiam doctrinam Christianam, etsi sepe admonitus non didicisset, dummodo peniteat de praterito, & proponat de futuro.

5. Putat igitur supradictus Sancius, vir equidem doctissimus, peccatorem consuetudinarium in quocumque peccato, dummodo habeat dolorem de peccatis, & firmum propositum cauendi de cetero, esse absoluen- dum toties, quoties, nec posse Confessarium illi beneficium absolutionis denegare; & respondet ad argumentum in contrarium: quod adduci potest, nempe, absolutionem in tali casu differendam esse, vt cauter penitens reddatur ad præcauenda peccata, & propter inueniendum timorem. Hęc omnia desumpta sunt, vt diximus, ex supradicto Sancio: illi illud, & non pigebit: est enim vir acutissimi ingenij: & hæc supradictę disputaciones, quas nuper edidit, sunt immortalitate dignissima. Vtinam alios ingenij sui fetus in lucem emitteret! Sed an hæc opinio sit tuta in praxi, remitto me iudicio aliorum.

RESOL. CXXVI.

An concubitus viri Christiani cum muliere infidelis, Turca, Indea, hæretica, &c. sit circumstantia in confessione aperienda?

Et quid, si hic casus fuisset ab Episcopo reseruat?
Et an hoc peccatum pertineat ad sacrilegium, quia talis comunicio est prohibita in honorem Christianissimi ab Ecclesia? Ex part. 3. tractat. 4. Resol. 137. alias 138.

§. 1. **A**firmatiuam sententiam docent Naldus in part. 1. cap. 3. §. 8. affine est huic. Homobonus de cas. reser. part. 2. cas. 4. sent. 5. Conradus in respons. cas. reser. scient. part. 2. q. 174. Floronus de cas. reser. part. 2. cas. 7. post §. 1. ver. mulieribus abentes, numer. 5. Bellochius de cas. reser. part. 2. q. 1. n. 169. Henriquez lib. 2. de panis cap. 6. n. 3. in glossa littera M. & Sanchez de

matrim. tom. 1. lib. 7. disp. 5. num. 2. vbi sic asserit. Inferitur quintò habere circumstantiam luxuriæ mutantem speciem, ac necessariò fatendam, accessum fidelis cum infideli aduersus impedimentum dirimens matrimonium ob cultus disparitatem, quia ratio, ob quam Ecclesia hoc matrimonium dirimit, videlicet quia cedit in religionis dedecus, si fidelis cum infideli copuletur matrimonio, locum habet in copula illicita. Et ideò prohibito matrimonio, censetur specialiter copula illicita prohibita. Adde etiam esse quoque periculum educationis prolis in infidelitate, & peruersionis conjugis fidelis, quæ pericula in coitu fornicario etiam reperiuntur, vtpote qui vitæ carnalis efficit, & valde amorem conciliat. Et tandem penæ peculiariæ grauiusimæ huic copulæ legibus statutæ argumentum non leue inducunt, vt inde illius specialis grauitas colligatur. Ita Sanchez. Vide etiam Lessium lib. 4. cap. 3. dub. 6. num. 45 qui putat hoc peccatum pertinere ad sacrilegium, quia talis coniunctio est prohibita in honorem Christianismi ab Ecclesia.

2. Verùm licet ego hanc sententiam teneam, at tamen contrariam tenentes non damnarem, quia multi ex supradictis Doctores, & in specie Azorius part. 3. lib. 3. cap. 29. quæst. 3. Ioannes Franciscus Suarez in enchiridion casuum conscientia, lib. 5. ver. Confessio, fol. 346 & Filiucius tom. 2. tract. 30. cap. 2. num. 52. asserunt, talem accessum hominis Christiani cum infideli, non esse speciem distinctam à simplici fornicatione, & esse tantum circumstantiam aggravantem; sed circumstantia etiam notabiliter aggravantes, secundum opinionem probabilem multorum DD. non sunt necessariò in confessione explicandæ. Ego, &c. Et ita hanc sententiam absolute in terminis tenet Alcozer in summa, c. 20. fol. 74. pag. 1. §. el ser muger; & nouissimè illum tenet Franciscus Syluius, Professor publicus sacre Theologiæ in Academia Duacena in suis doctissimis commentariis ad 2. 2. D. Thome, q. 154. art. 2. §. queritur secundo.

3. Igitur secundum hos Doctores, secluso scandalo, & periculo subuersionis, vel contemptus legis & Religionis Christianæ, vel nisi sit casus ab Episcopo referuatus, si quis concubitum haberet cum infideli, sufficit in confessione, vt dicat: Toties fornicatus sum, sine explicatione, quòd dicta mulier fuerit Turca, Iudæa, Hæretica, &c. quia talis copula (vt dictum est) non differt à simplici fornicatione, & est tantum circumstantia aggravans. Sed ego teneo primam sententiam, nempe esse aperiendam in confessione, quia est circumstantia mutans speciem. Vide etiam Menochium de arbit. iudic. lib. 2. cas. 290.

RESOL. CXXVII.

An Dominus peccans cum seruo, vel serua infideli debeat in confessione hanc circumstantiam explicare? Ex part. 7. tr. 7. Ref. 3. aliàs 7. 2.

§. 1. Communiter respondent affirmatiuè, quia copula habita cum persona, cum qua matrimonium ob Ecclesiasticam prohibitionem consistere non potest, tunc accipit spirituale malitiam necessariò in Confessione explicandam si impedimentum illud dirimens constitutum fuit ab Ecclesia præcipue propter copulam, quasi illa habeat indecentiam in ordine ad aliquam virtutem, vt euenit in impedimento disparitatis cultus, quòd impedimentum ideò ab Ecclesia positum est, quia illa copula cedit in Religionis dedecus; vnde prohibito tali matrimonio fidelis cum infideli, censetur etiam

prohibita specialiter copula illicita inter illos. Et consequenter ea copula illicita fidelis cum infideli habet aliam malitiam specie diuersam à malitia fornicationis. Talis autem malitia specie diuersa reducitur vel ad sacrilegium, vel ad infidelitatem seu potius aliquo modo ad vtrumque vitium. Et ideo hanc sententiam nouissimè docet Auerla de Sacramento Penitentia, quæst. 9. sect. 9. & alij à me alibi adducti.

2. Non desinam tamen adnotare hic obiter negatiuam sententiam esse probabilem: asserant etenim quamplurimi Doctores circumstantiam infidelitatis in copula illicita non mutare speciem, sed tantummodo aggravare; Ergo cum probabiliter circumstantia aggravantes non sint necessariò in confessione explicandæ, per consequens non erit explicanda circumstantia infidelitatis, vtpote tantum circumstantia aggravans.

Alibi in Ref. & §. not. præterita.

RESOL. CXXVIII.

An qui copulam habuit sodomiticam cum Infideli, vel copulam cum muliere Hebræa, vel hæretica, debeat in confessione explicare circumstantiam personarum?

Et an patiens sodomiam sit obligatus aperire in confessione fuisse patientem. Ex part. 9. tr. 9. & Misc. 4. Ref. 3.

§. 1. Sed dices; hi casus quid ad praxim? vti nam in praxi non acciderent. Primus casus potest frequenter accidere in Tiremibus, & ego olim Panormi de illo interrogatus fui, cum de mandato Ducis de Albuquerque Viceregis munus fungeret Rectoris Theologi in Archiconfraternitate Regia Redemptionis captiuorum: nam quidam captiuus Christianus apud Turcas, cogebatur à Domino actum sodomiticum secum habere. Cum mulieribus hæreticis quid non potest accidere in Germania, Gallia, & Polonia? De mulieribus Hebræis, mensibus elapsis ex quadam Italia Ciuitate accepi Epistolam subscriptam cum nomine fictitio, tenoris sequentis. Al multo Reverendo Padre Antonino Diana Esaminatore de Vescobi. Intus verò inueni hæc verba. Titius per multos annos habuit rem cum muliere Hebræa; modò, Penitentia ductus, vult confiteri, sed habet magnam verecundiam explicandi Confessario hanc circumstantiam. Petit à Reuerentia vestra, an adit, aliqua opinio probabilis, vt possit illam non explicare?

2. Itaque ad supradictos casus affirmatiuè respondet Reuerendissimus Pater Candidus Sacri Palatii, Magister, tom. 2. disquis. 24. art. 23. dub. 35. vbi ita ait: Habet circumstantiam luxuriæ mutantem speciem, ac necessariò fatendam accessus fidelis cum infideli; quia ne dum talis accessus est contra virtutem castitatis, sed etiam contra Religionis Christianæ decus, ac proinde sacrilegam esse dico talem copulam, & pertinebit ad sacrilegium. Idem dicendum de copula fidelis cum hæretica ob dedecus, & iniuriam Christianæ Religionis. Ita ille; cui adde, me citato, Eminentissimum Cardinalem de Lugo, de Penit. disput. 16. sect. 6. num. 333. & etiam me citato Leandrum de Sacram. tom. 1. tractat. 10. disp. 8. §. 3. quæst. 7. Naldum in Summ. verb. Fornicatio, num. 2. & alios.

3. Sed ego alibi negatiuam sententiam tanquam probabilem admisi, & nunc iterum admitto: & præter Azorium, & alios, hanc sententiam tenet Syluius in 2. 2. D. Thome, quæst. 154. artic. 2. Fagundez in Decalog. tom. 2. lib. 6. capit. 1. numero 14. & Tamburinus

Alibi in duabus Ref. antecedentibus.

Tamburinus *Opusc. 1. lib. 2. capit. 7. §. 4. num. 20.* ubi sic ait, fidelis peccans cum infideli, quantum est ex hoc capite, non peccat, nisi simplici fornicatione ex opinione probabilis: licet etiam esse contra Religionem, id est contra reuerentiam Sacramenti Baptismi, non negem esse probabile: Confirmo priorem probabilitatem; quia principalis ratio cur dicendum foret hoc esse peccatum speciale, est quia Ecclesia dum prohibet coniugium fidelis cum infideli, prohibet etiam quamcumque coniunctionem, eam sit idem motuum, id est ut pro reuerentia nostrae Religionis, vitetur illa coniunctio, quae est damnosa tum ipsi fideli, tum proli educanda. Quae est ratio Sanchez allata, & approbata à de Lugo. Sed haec ratio non multum vigere videtur: ergo, &c. Minor probatur: nam primò ubi vnum prohibetur, non intelligitur prohibitum & aliud, quantumvis simile, ut est notum in Iure. Multò plus, quia secundò interuenit non parua disparitas: nam in matrimonio est longè maior coniunctio, quàm in copula fornicaria. Tertio, quia etiam sic intelligerentur specialiter prohibita ciuile commercium, collocutio, familiaritas, imò & seruitium Infidelium, ex quibus oriri maius periculum sanè potest. Fateor esse peccatum, quando quis cum Infidelibus (existente euerfionis periculo, vel scandalo) familiariter degit; sed hoc non est illud, de quo agimus, sed quid commune ad omnes actiones periculo peccandi expositas. Quarto, cum totam hanc malitiam specialem ducant aduersarij à prohibitione Ecclesiae prohibentis Matrimonium fidelis cum Infideli; sequitur; saltem regulariter, non esse nouum formaliter peccatum; quia communiter talis prohibitio inculpabiliter nescitur, imò probabiliter, ut patet ex dictis, non adesse. Denique poenae grauissimae legibus contra hoc peccatum constituta, ostendunt quidem grauitatem, sed non diuersitatem specificam: sicuti poenae constituta in homicidium qualificatum, v. g. Proditorium, non ostendunt differre specie à non qualificato. Sed haec satis contra nostram breuitatis sectandae consuetudinem. Quid de sodomia cum Infideli? Respondeo; idem videri dicendum, nempe abundè esse si fateatur quis commissam à se fuisse sodomiam, si quidem, vt ex dictis constat, non apparet, vnde necessariò deriuatur specifica diuersitas. Huc vsque probabiliter Tamburinus. Dixi probabiliter; quia priorem sententiam affirmatiuam existimo probabiliter.

4. Itaque referri ad consulentem, ubi supra, posse illum confiteri toties commississe fornicationem, non exprimendo fuisse cum muliere Hebraea. Et idem dicendum est, si fuisset commissam cum muliere Haeretica, vel Infideli. Imò teneo in primo casu contra Eminentissimum de Lugo & Taburinum *Opusc. 1. lib. 2. cap. 7. §. 10. num. 173.* illum captiuum Christianum non esse obligatum aperire in Confessione se fuisse patientem: nam peccatum agentis, & patientis in Sodomia non differunt specie; neque circumstantia patientis est necessariò explicanda; vt praeter Leonem, Lugum, Mazzuchellum, & alios à me alibi adductos, tenet nouissimè, me citato Gesualdus in *Theolog. moral. tom. 1. tract. 19. cap. 4. num. 19.*

RESOL. CXXIX.

An si frigidus, vel Eunuchus haberet copulam cum muliere, deberet aperire hanc circumstantiam in confessione. Ex part. 3. tr. 4. Ref. 138 aliàs 139.

Sup. hoc in §. 1. Ref. seq. **A**ffirmatiuè respondent Henriquez *lib. 5. de poen. cap. 6. n. 3.* in glossa littera M. Lessius

lib. 4. cap. 4. dub. 6. n. 45. & Sanchez *tom. 2. lib. 7. disp. 5. n. 14.* ubi ita ait. Inferitur, coitum cum impedimento impotentiae, vt si frigidus, vel Eunuchus coeat, habere circumstantiam diuersae speciei necessariò constituentem, quia ratio prohibitionis matrimonij inter hos, nempe impotentia generandi: & sic frustratio finis, & ad quem natura coitum destinatur, reducit etiam in copula illicita, quare hic coitus reducit ad peccatum contra naturam. Ita ille.

2. Sed hanc sententiam non existimam ita certam Filiucius *tom. 1. tract. 10. art. 2. c. 1. n. 23.* ubi sic allicit, copulam cum habente impedimentum impotentiae naturalis, esse etiam peccatum contra naturam reductiue, ex ea enim sequi non potest generatio, asserunt Henriquez & Sanchez, communiter non reputatur addere specificam malitiam, est valde dubium. Sic Filiucius.

RESOL. CXXX.

An Eunuchus, vel frigidus accusans in confessione se fornicatum fuisse, teneatur explicare circumstantiam impotentiae?

Et obseruatur in huiusmodi personis etiam in confessione peccatorum internorum adesse obligationem explicandi talem circumstantiam, nisi forte fuerint desideria, quae talem malitiam praescinderent.

Et an licitum sit alicui Principi, vel Patri castrare filium, vt tantu possit Ecclesia melius deseruire? Ex part. 6. tr. 6. & Misc. Ref. 35.

§. 1. **A**D hanc quaestionem ita respondet Filiucius *tom. 1. tr. 10. p. 2. c. 1. n. 23.* Sequitur copulam cum habente impedimentum impotentiae naturalis, esse etiam peccatum contra naturam reductiue, quia ex ea non potest sequi generatio. Communiter tamen non reputatur addere specificam malitiam, saltem est valde dubia. Ita ille.

2. Sed absolutè Affirmatiuam sententiam docet Sanchez *de Matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 5. n. 14.* Henriquez *lib. 5. cap. 6. num. 3.* in Glossa littera M. & Lessius *lib. 4. cap. 3. dub. 6. num. 45.* Et ideo si frigidus & Eunuchus coeat, talis coitus habet circumstantiam diuersae speciei necessariò constituentem: quia hic coitus reducit ad peccatum contra naturam, cum in illo addit impotentia generandi & sic frustratio finis, ad quem natura copulam destinatur. Vnde rectè Pater Lugo *de Sacram. poenit. disput. 16. sect. 6. n. 738.* obseruat in huiusmodi personis etiam in confessione peccatorum internorum adesse obligationem explicandi talem circumstantiam, nisi forte fuerint desideria, quae talem malitiam praescinderent: vt si Eunuchus, aut impotens desideret potentiam quae illi deest, vt possit naturaliter cum aliqua femina coire; nam hic actus internus non haberet obiectum peccati contra naturam, sed naturale, atque adeò careret materia speciali proueniente ex tali circumstantia.

3. Sed quia incidit hic sermo de Eunuchis, fuit à me nouissimè quaesitum. An licitum sit alicui Principi, vel Patri castrare filium, vt tantu possit Ecclesiae melius deseruire? Et pro parte affirmatiue tunc consulentes adduxerunt mihi Salonium: sed respondi satis à me confutatum fuisse in 3. part. tractat. 5. resolut. 38. cum aliquibus Doctoribus, quibus nunc addo Ghilinum in *summa. verb. Castratio.* Clanes in *summa Censurarum, verb. Eunuchus.* & alios quos affert & sequitur Marcellus Megalides in *Promptuario, tom. 2. verb. Eunuchus, num. 2.* ubi me citato docet illi coitum esse parentibus, etiam si fiat sine periculo vitae, de eorum consensu eunuchare

De Circumstant. aggrau. Ref. CXXXI. &c. 409

chare filios, quos plurimum Ecclesie profuturos sperant: quia talis castratio est intrinsecè mala, cum nemo sit dominus membrorum suorum; & mala non sunt faciendæ, vt inde eueniant bona: & varia animæ pericula hinc consequi solent, cum tales ardentissimè inflammanur, & ad concubitum impatientissimè feruntur: & bonum illud, vt suauitudo canant in Ecclesijs, tanti momenti non est; vt ob id res à natura per se tam aliena suscipiatur; nec pro salute spirituali, aut periculo animæ vitando id licitum esse constat: non est ergo audiendus Salonijs.

infima, & non subalterna? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 158. aliàs 159.

RESOL. CXXXI.

An quis contra naturam peccauit cum mare, vel femina, vel cum bestia diuersæ speciei, debeat explicare circumstantiam maris, vel femina, aut bestia inius, vel alterius generis? Ex part. 1. tractat. 7. Relolut. 2.

§. 1. Respondeo negatiuè, ex doctrina Caietani quæst. 3. de confess. & aliorum: quia species illæ specialissimæ, quæ solum differunt in genere entis, & naturæ, & non in genere moris, & malitiæ, non sunt confitendæ: sicut est diuinatio per terram, per aquam, per aerem; item, peccatum æquale in potu, vel esu carniu, vel aliarum rerum: item, sortum auri, panni, argenti, &c, non dicunt nisi vnam deformitatem formalem in genere moris: & propterea, neque ista species specialissimæ, neque circumstantiæ materiales ex parte entis sunt necessariò confitendæ. Eodem modo dicimus de peccato contra naturam, non esse necesse confiteri circumstantiam maris, vel feminae vnus, aut alterius generis bestie: sed sufficit dicere: Peccauit in sodomia toties: in bestialitate quater, &c. Et ita publicè docuit, hic Panotmi, quidam Theologus Societatis Iesv, licet Tannerus (quod mihi magis placet) contrarium doceat, quoad sodomiam in 2. tom. 3. disp. 3. quæst. 3. punct. 6. num. 146. & ante illum Zanard. in diuers. part. 2. præcept. 6. c. 9.

RESOL. CXXXII.

An quis in confessione teneatur explicare, si sodomia fuerit commissæ cum masculo, vel cum femina? Et quid, si circumstantiam femina vellet aperire propter reservationem, ne videretur incidisse in casum Sodomie reservatum? Ex part. 8. tractat. 7. & Misc. Ref. 86.

§. 1. Affirmatiuè respondet Bonacina de Matr. q. 4. punct. 11. n. 7. sed mihi magis placet opinio negatiua, quam nouissimè docet Mazuch. tract. de cas. refer. disp. 2. c. 22. diff. 1. n. 24. licet enim concubitus iste cum femina non sit propriè Sodomia, vt alibi satis docui, tamen cum ad sodomiam reducatur, idè satisfacet penitens dicendo: Peccauit contra naturam; nisi verò circumstantiam femina vellet aperire propter reservationem, ne videretur incidisse in casum sodomie reservatum.

RESOL. CXXXIII.

An in peccato Sodomie teneatur quis exprimere in confessione, an fuerit agens, vel patiens, vel gradus cognationis carnalis? Et an peccata omnia contra naturam sint vnus speciei? Tom. I.

§. 1. Resolutionem horum dubiorum apud paucos inuenies, quæ tamen, faxis Deus, vt fæpius in praxi non occurrant. Et ad primum negatiuè respondet noster Pater Alphensius de Leone in tract. de officio, & potestate confessarij, part. 1. recollect. 9. num. 216. & 218. vbi sic ait: Ego dicerem, saluo meliori iudicio, non esse necessariò exprimendum an fuerit agens, vel patiens, quia tale peccatum est eiusdem speciei, & ideo quia magis graue est peccatum agentis, quàm patientis, ideoque maiori pœna punitur, non autem sequitur esse diuersæ speciei, cum magis, & minus non variant speciem. Ita ille. Si quis ergo verecundiam haberet confitendi, se in actu sodomitico fuisse patientem, sufficit vt dicat: Toties sodomiam exercui.

2. Ad secundum dubium supradictus auctor ibid. num. 224. etiam negatiuè respondet, docet enim copulam sodomiticam inter cognatos mutare speciem, quando illi inuicem sunt tales in linea recta; in linea verò transuersali, circumstantiam aggrauantem; non esse tamen in vtroque casu gradum cognationis carnalis exprimendum, quia in incestu probabile est nullum gradum mutare speciem, & in tali copula non committetur caro, nec contrahitur affinitas; sed de hoc dubio etiam alibi à nobis actum est.

3. Notandum est etiam hinc obiter cum Filiucio tom. 2. tract. 30. cap. 7. num. 1. & alijs, probabile esse quoddam peccata omnia contra naturam sint vnus speciei infimæ, & non subalterna; licet contraria opinio sit magis probabilis.

RESOL. CXXXIV.

An in peccato Sodomie patiens teneatur explicare se fuisse patientem? Ex part. 6. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 36.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Pater Lugo de Sacrament. Penitent. disputat. 16. sect. 5. num. 1. & num. 243. quia ex parte agentis interuenit pollutio propria, quæ non interuenit ex parte patientis: diuersum autem peccatum specie est, voluntariè pollui, vel solum cooperari pollutioni alterius: aliud enim est cohibere delectationem propriam illicitam, & aliud non procurare alienam. Et quamuis etiam ipse patiens habeat aliquo modo tactum impudicum, & delectationem turpem (quod tamen non videtur quoad delectationem vniuersaliter verum) negari tamen non potest pollutionem ipsam diuersam malitiam explicandam afferre supra simplicem tactum impudicum: qui enim sine intentione aut periculo pollutionis tangeret, propter turpem solum delectationem tactus, non contrahit malitiam, quam contrahit, qui ex intentione pollutionis id facit. Vnde iste debet explicare peccatum pollutionis quam procurauit & habuit. Ergo de primo ad vltimum in peccato Sodomitico agens debet explicare circumstantiam illam propter malitiam specie diuersam, quam assert. Ita Lugo. Vbi obseruat, quoddam ego videor sententiam negatiuam approbare in part. tert. tractat. 4. resolut. 159.

2. Sed hanc sententiam Romæ approbatam esse mihi constat à doctissimo Patre Nicolao Riccardi Magistro sacri Palatij Apostolici: interrogatus enim de hoc casu negatiuè respondit. Et hanc opinionem tenet nouissimè Zambellus in Reper. Mor. ver. Absolutio, num. 43. Lupus de casibus refer. part. 2. cas. 10.

M m n. 22.

Sup. hoc in tribus Ref. 1. seqq. & inf. 3. in Ref. 163. Quæro secundo & sup. in Ref. 128. in fine, & in to. 2. tr. 6. Ref. 114. Nota vero, & seq.

Alibi infra in Ref. 137. & c. Sup. hoc melius, & magis late in to. 8. tr. 6. Ref. 10. §. 1. & in alij eius nor. & infra in Ref. 135. §. 1. post mediū, veris. Demas.

Sup. hoc in Ref. præterita § 1. & infra in duobus Ref. seqq. & in Ref. 163. §. Quæro secundo & sup. in Ref. 128. in fine, & in to. 2. tr. 6. Ref. 214 à §. Nota vero.

Quæ hic est Ref. antecedens.

num. 22. & Hieronymus Ghilinus in *summa*, verb. *circumstantia peccatorum*, numero quinquagesimo, ubi sic ait: In peccato Sodomiae non tenetur quis exprimere in confessione, an fuerit agens, vel patiens, quia tale peccatum est eiusdem speciei. Si quis verecundiam haberet confitendi se in actu sodomitico fuisse patientem, sufficit ut dicat, toties Sodomiam exercui. Ita ille. Vide etiam me ipsum in 5. part. tract. 14. resolut. 59.

Quae hic est inf. Ref. 163. §. Quarto secundo, & in alia eius not.

RESOL. CXXXV.

An patiens in peccato Sodomiae debeat explicare in confessione fuisse patientem, non obstante quod agens seminet, patiens vero non?

Et an omnia peccata contra naturam sint unius speciei infima, & non subalterna? Ex part. 7. tr. 10. & Misc. 1. Ref. 8.

Sup. hoc in duabus Ref. praeteritis, & in Ref. seq. & infra in Ref. 163. §. Quarto secundo, & supra in Ref. numero quarto, ubi sic ait: La tercera duda es, si en este pecado mide la especie, el ser uno agente en el, o paciente: de modo que se deua declarar en la confession. Probable es que si, i probable tambien que no; porque aunque sea mas grave pecado el del agente, que el del paciente, i como tal se castiga, con mas rigor: no crece su malicia tanto, que venga a ser de diferente especie. Demas de que como afirma Villacio es muy probable, que todos los pecados contra naturaleza son: Vnius speciei infima, & non subalterna. Ita Machadus; sententiam Filiucij, tanquam probabilem admittit etiam nouissime Ioan. Caramuel in Reg. Diui Benedicij, disputat. 66. num. 983. licet obstruat me docere, contrariam esse probabiliorem.

Sup. hoc in Ref. 133 §. vi. & in alia eius auot.

§. 1. **S**ufficere probabiliter si dicat in confessione peccavi peccato Sodomiae, bis docui, & nunc iterum doceo, & ita me citato tanquam probabilem hanc sententiam admittit nouissime Ioannes Machadus de *Perfekt. Confess.* tomo primo, libro secundo, parte tertia, tractat. 19. document. octauo, supra in Ref. numero quarto, ubi sic ait: La tercera duda es, si en este pecado mide la especie, el ser uno agente en el, o paciente: de modo que se deua declarar en la confession. Probable es que si, i probable tambien que no; porque aunque sea mas grave pecado el del agente, que el del paciente, i como tal se castiga, con mas rigor: no crece su malicia tanto, que venga a ser de diferente especie. Demas de que como afirma Villacio es muy probable, que todos los pecados contra naturaleza son: Vnius speciei infima, & non subalterna. Ita Machadus; sententiam Filiucij, tanquam probabilem admittit etiam nouissime Ioan. Caramuel in Reg. Diui Benedicij, disputat. 66. num. 983. licet obstruat me docere, contrariam esse probabiliorem.

2. Nota quod nouissime me etiam citato Mazuchellus de *Casibus reservatis disputatione secunda, capite 22. difficultate prima, num. 11.* docet etiam in peccato Sodomiae patientem non teneri explicare hanc circumstantiam, & addit non obstat, quod agens in peccato Sodomiae seminet, patiens vero non; ergo tenetur manifestare verum fuerit agens, vel patiens; & hoc est argumentum quod contra me adduxit olim Sapientissimus Vir, & Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo, sed respondendum est, circumstantiam hanc ex parte poenitentis esse minuentem, sed circumstantiae minuentes intra eandem speciem non sunt contentendae Ergo.

3. Nec obstat quod Confessarius sit intellecturus de Sodomiae actiua, quia circumstantia haec non minuit variando speciem, ita ut tollat ab actu nouam speciem peccati mortalis, sed minuit intra eandem speciem; quomodo femina habens copulam cum consanguineo, quae tamen non feminasset, non teneretur in confessione manifestare se non feminasse, quia circumstantia haec minueret intra eandem speciem, sed ipsa rite confiteretur, dicendo, se incestum commisisse, etiam si Confessarius esset intellecturus de de incestu cum seminatione; sic & in casu de quo nos hic tractamus. Ergo, &c.

RESOL. CXXXVI.

An in peccato Sodomiae sit necessarium explicare in confessione, quisnam fuerit agens, vel patiens?

Et quid tamen, si patiens praeter cooperationem ad pollutionem alterius pateretur ipsemet aliunde pollutionem in illa actione? Ex part. 11. tractat. 3. & Misc. 3. Resol. 4.

§. 1. **E**minentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo nominatim contra me; affirmatiua sententiam conatus est firmare, sed hoc non obstantem ferè omnes, qui post ipsum scripserunt, nostram sententiam negatiua amplexi sunt, & praeter Lupum, Mazuchellum, Bordonum, Gesualdum, Machadum, & alios à me alibi adductos hanc sententiam, me citato nominatim contra Cardinalem Lugo tenet doctus Ioannes Pontius in *Cur. Theolog. disp. 46. quest. 7. conclus. 2. num. 67.* ubi sic ait: Dico secundo non esse necessarium explicandum in peccato sodomitico, quod quis fuerit agens, vel patiens, quia uterque peccat contra naturam, & uterque alterius peccato cooperatur. Vnde quamuis agens soleat pollui, non verò patiens, tamen patiens cooperatur ipsius pollutioni.

2. Itaque confessor quando significat aliquem commississe peccatum sodomiticum cum alio, intelligit abunde, quod vel ipse polluerit se, & sic fuerit agens, vel quod cooperatus fuerit pollutioni alterius; non apparet autem esse differentia specifica inter utramque pollutionem factam per mutuum cooperationem, ratione cuius quis debeat explicare quod ipsemet pollutus fuerit, & consequenter fuerit agens. Si tamen patiens praeter cooperationem ad pollutionem alterius pateretur ipsemet aliunde pollutionem in illa actione, videretur quod ratione huius deberet explicare quod esset patiens, ut sic explicaret secundum peccatum de pollutione propria, quae non solet ordinari sequi, nec consequenter explicatur explanatione commixtionis sodomiticae. Ita Pontius, cui adde me citato Marcum Serium tom. 1. disputat. 4. quest. 28. num. 5. & me citato Rocaful. in *prax. Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. de primileg. Decalogi, cap. 11. num. 178.* & me citato Pontius in *recollect. quest. moral. verb. sodomia num. 4.* & me citato Remigium in *prax. Confess. tract. 2. capit. 6. §. 12. num. 21.* & me citato Vericelli in *quest. moral. tract. 4. quest. 8. num. 2* & me citato Longium in *Tabulis Sacram. tab. 2. c. 56. num. 5.* & me citato Rectium in *prompt. Confess. part. 2. cap. 12.* Vnde & auctoritate Doctorum, & rationibus remanet satis probabilis nostra sententia aduersus Dominum meum Cardinalem Lugo, cui tamen adhaeret Leander de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 8. quest. 6.*

RESOL. CXXXVII.

An coitus sodomiticus inter masculos in primo, & secundo gradu habeat etiam malitiam incestus, & sit in confessione aperitendus?
Et quid in predicto casu, si actus sodomiticus sit cum consanguineo in tertio, & quarto gradu?
Et an in copula non sodomitica cum muliere affinis, vel consanguinea sit explicandus gradus consanguinitatis, vel affinitatis?
Et cur sim notatur impubes commiscens se cum consanguineis, vel affinis non esse inclusos in casu reservato incestus. Ex part. 3. tractat. 4. Ref. 100. alias 101.

§. 1. **A**ffirmatiua sententiam docent Azorius in *part. 3. lib. 3. cap. 18. quest. 5.* Grassius de *arbitr. confessor. lib. 2. cap. 3. 4. num. 3.* ubi sic ait: ER. etiam incestus quando coitus sodomitici sunt inter masculos in primo, & secundo gradu, vel coit. masculus

scelus cum masculo, sodomiam perpetrans, & masculo non sit cognatus, licet non sit incestus quantum ad matrimonium contrahendum, impediendum, aut dirimendum, & ita intelligitur Caietanus 2.2. q. 154. ar. 1.1. Tamen sodomia incestuosa recte dicuntur; quoniam sunt perpetrata contra pietatem debitam cognatis; & quoniam sunt abusus luxuriosi inter cognatos; quare cum habeant specialem deformitatem, & malitiam prater malitiam sodomiticam, est exprimentum in confessione non solum, quod fuerit perpetratum peccatum sodomiticum, sed quod fuerit etiam cum fratre in primo, & secundo gradu, vel cum cognato, vel cum cognata. Imo coitus sodomitici inter masculos, qui sunt cognati inter tertium, & quartum gradum consanguinitatis, etiam habent specialem deformitatem, & malitiam prater sodomiticam. Ita Grassius, Azor. & nouissime Syluius in 2.2. D. Thomae, q. 154. ar. 1.2.

2. Verum hac sententia, quoad tertium, & quartum gradum, in praxi non recipitur, vt testantur Dellochius in praxi Theol. moral. part. 1. q. 1. num. 110. & Homobonus tract. de cas. refer. part. 2. cas. 4. fol. mibi 314. in 2. editione. Et idem existimatum Florono de cas. refer. part. 2. cas. 6. num. 31. & Finellio de cas. refer. cas. 10. num. 10. contra Zechium de cas. refer. cas. 10. n. 1. per copulam sodomiticam nullam contrahi affinitatem, & ex consequenti, neque incestum committi; & idem ratione incestus non erit reseruat abusus fratris, aut sororis per actum sodomiticum inter gradus prohibitos, quamuis, vt asserit Finellius, personae coniunctae circumstantia grauius reddat ipsum scelus. Sed ego, qui teneo circumstantias aggravantes intra eandem speciem non esse in confessione aperiendas, puto contra Azorium, Grassium I.C. & Bonacinam de matrim. q. 4. punct. 11. num. 7. posse aliquem probabiliter in tali casu se accusare de actu sodomitico tantum cum consanguineo, vel affine sine explicatione gradus primi, & secundi, cum quibus habita fuit copula, vt probabiliter docuit de copula non sodomitica cum muliere affine, consanguinea, Giptius de cas. refer. cap. 8. n. 5. & Megala in 1. part. lib. 5. c. 12. n. 9. & nos diximus in tr. de circumstantiis; quia incestus non differunt specie, licet contrarium etiam probabiliter asserant aliqui.

3. Notandum est tamen hic obiter, Iacobum de Grassis docere in praxi de cas. refer. libr. 1. cap. 13. num. 9. impuberes committentes se cum consanguineis, vel affinis, non esse inclusos in casu reseruat incestus, licet contrarium sentiat Floronus de casibus refer. part. 2. cas. 6. num. 28. sed mihi opinio Grassii videtur probabilis, ex his quae adduximus in tract. 1. miscellan. * resol. 1.

RESOL. CXXXVIII.

An qui copulam sodomiticam habet cum aliquo intra tertium, vel quartum gradum affinitatis, vel consanguinitatis, teneatur hanc circumstantiam in confessione explicare?

Et de primo, & secundo gradu etiam agitur. Ex quo deducitur omnes incestus esse eiusdem speciei, & esse inter consanguineos, vel affines, at in tali, aut tali gradu solum esse circumstantiam aggravantem; & ideo penitens solum tenetur explicare in confessione se commisisse incestum, sed non tenetur explicare, an fuerit cum matre, sorore, filia, consobrina, aut nepte, aut cum consobrina uxoris. Ex part. 7. tract. 1.2. & Misc. 3. Ref. 1.8. alias 16.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Azorius 10. 3. lib. 3. cap. 18. quaest. 5. vbi sic asserit: Q. 2. Tom. 1.

ritur an coitus sodomitici inter masculos, qui sunt Cognati intra tertium, vel quartum gradum consanguinitatis, vel affinitatis habeant specialem deformitatem, & malitiam prater malitiam sodomiticam? Respondeo, non habere, quoniam vel est gradus affinitatis, vel si est consanguinitatis, est solum inter consanguineos linea collateralis, quoniam hi gradus cognationis solum sunt instituti iure positiuo humano ad impediendum Matrimonium. Vnde iure humano speciali prohibiti sunt in his gradibus concubitus ordinarij, qui sunt seruato sexu debito: non autem iure positiuo humano concubitus extraordinarij, qui non impediunt Matrimonium, quales sunt coitus sodomitici; Secundo, etiamsi vera sit opinio eorum, qui asserunt iure naturali esse prohibitum Matrimonium in infinito inter consanguineos in recta linea existentes, videtur mihi dicendum, coitus sodomiticos inter masculos, qui sunt consanguinei in recta linea ascendentium, & descendentium, esse quidem sodomias, sed non specie distinctas secundum varietatem graduum, sed omnes esse sodomias incestuosas: Sodomias quidem, quia sunt coitus inter masculos, incestuosas vero, quia sunt contra pietatem debitam iure naturali istis consanguineis; & hoc arbitror valde probabile. Hac Azorius.

2. Sed Dicastillus de Iust. lib. 1. disputat. 3. dub. 18. n. 303. & seq. hoc dictum vitium Azorij, quod sunt sodomiae incestuosae omnes tamen eiusdem speciei in ratione incestus, sicut in ratione sodomiae valde etiam probabile putat. Circa illud tamen de affinis, & consanguineis in tertio, & quarto gradu, adhuc distinguendum existimat, & sic ait: Si agamus de affinitate, inter tales sodomiticos orta ex copula licita, hoc est, quae causata fuit propter matrimonium contractum & consummatum ex parte vnus sodomitae, vel vtriusque cum consanguinea alterius intra tertium, vel quartum gradum, existimo iuxta principia paulo ante tradita in duobus quaestis praecedentibus esse illam sodomiam incestuosam. Ratio est, quia illi duo sunt vere affines inducta affinitate iure positiuo: qua inducta resultat pietas, & reuerentia seruanda erga affinem, vt dictum est in eisdem quaestis.

3. Si vero illa affinitas solum consideretur respectu copulae illicitae, non erit sodomia incestuosa; quia vt videbimus in tractat. de Matrimonio post Concilium Tridentinum, affinitas ex copula illicita non progreditur ultra secundum gradum. Ac proinde cessat specialis illa ratio pietatis, & reuerentiae debita illi tanquam affini; solum ergo erit culpa sodomitica.

4. Vel loquimur de gradibus consanguinitatis, & tunc puto vsque ad quartum gradum esse sodomiam incestuosam. Ratio est, quia vsque ad quartum gradum agnoscitur in iure positiuo consanguinitas, & vsque ad illum communi aestimatione censetur pertinere coniunctio sanguinis. Quia consanguinitate sic aestimata, iure naturae resultat, ratione illius deberi reuerentiam, & pietatem, atque adeo abstinendum a quouis congressu luxurioso. Non tamen distinguuntur species incestus propter diuersitatem graduum tertij & quarti, quae diuersitas, nec in copulis naturalibus deseruentibus ad generationem causat specificam diuersitatem incestus.

5. Sed his omnibus non obstantibus ego in part. 3. tractat. 4. * resol. 101. satis probabiliter cum multis Doctoribus docui circumstantiam incestus in copula sodomitica, non solum in tertio & quarto, sed etiam in primo, & secundo gradu, esse in confessione explicandam: sed satis esse se accusare, dicendo,

* Quae hic est Res. antecedens. Sap. hoc ibi dicitur in principio, & in aliis §§. anno primae habui dictae Res.

habui copulam sodomiticam cum affine, vel consanguineo. Et hanc sententiam me citato, tanquam probabilem admittit Machadus *tom. 1. lib. 2. part. 3. tractat. 17. document. 8. num. 3.* ubi sic ait; *La segunda cuestion es si este pecado de sodomia cometido entre los parientes de primero, segundo, i demas grados tenga especie diferente de malicia tal; que se deua declarar en la confesion? Cayetano, i otros son de parecer, que en todos los grados de parentesco prohibidos muda la especie por la especial deformidad, i malicia que les añade la reuerencia deuida à los parientes. Otros dicen, que esta doctrina solamente ha lugar en el primero, i segundo grado, mas no en los demas. No obstante, que es probable, que ni en vnos, ni otros grados muda la especie, aunque verdaderamente agraua el pecado, i tanto mas, quanto mas cercano fuere el grado. Ita ille.*

6. Et nota, quod etiam me citato Pater Auerfa de Sacramento Penitent. *questione decima, sect. 9.* eam personarum coniunctionem, quæ constituit incestum in copula naturali, constituere etiam in copula innaturali. Sed probabiliter incestus in copula naturali, etiam in primo, & secundo gradu, non differunt specie: ergo neque in copula sodomitica; fateor tamen affirmatiuam sententiam, quam tunc Eminentissimus Cardinalis Lugo de Sacramento Penitent. *disputat. 6. sect. 6. §. 2.* Fagundez in *Decal. tom. 2. libr. 6. capit. 6. numero vigesimo primo, cum sequent.* & alij, esse communem, & probabiliozem; contraria tamen non caret probabilitate: Vnde me citato, Trullench in *Decalog. tom. 2. libr. 6. capit. 1. dub. 6. num. 5.* sic ait: Si autem quis primam sequi voluerit sententiam, quam præter citatos tenet Diana, *part. 1. tractat. de circumstantiis, resolut. 31.* videlicet omnes incestus esse eiusdem speciei, & esse inter consanguineos, vel affines, aut in tali aut tali gradu solum esse circumstantiam aggravantem, solum tenetur explicare se commisisse incestum, & non tenetur explicare an fuerit cum matre, sorore, filia, consobrina, aut nepte, aut cum consobrina uxoris, quia sequitur opinionem probabilem, cum etiam sit valde probabile circumstantias aggravantes; non esse necessariò explicandas. Ita Trullench; quod etiam me citato docet nouissime Mazuchellus *tract. de castreteru, disput. 2. cap. 4. num. 28. & cap. 2. 2. num. 23.* in terminis casus nostri, asserit, teneri penitentem in confessione dicere se commisisse sodomiam cum consanguineo, aut affine, non tamen teneri ad explicationem gradus.

Que hic est
su. Rel. 107
& in omni-
bus aliis Ref.
& §§. eius
not.

RESOL. CXXXIX.

An qui copulam sodomiticam habet cum baptizato à se, vel cum eo, quem leuauit ex Baptismo, teneatur in confessione hanc circumstantiam explicare?

Et quid est dicendum, si actus sodomiticus est commissus cum filio adoptato, vel adoptata, vel si quis coeet cum aliquo, & postea coeet cum fratre illius? Ex part. 7. tract. 12. & Misc. 3. Ref. 17. alias 15.

Sup. conten-
tis in hoc §.
decepta dif-
fic. vlt. quæ
est not. seq.
supra in Ref.
107. s. vlt. à
lin. 6. à vers.
idem.

§. 1. Negatiuè responderet Azorius *tom. 3. lib. 2. capit. 18. quest. 4.* ubi sic ait: Queritur an coitus sodomitici inter cognatos, qui solum sunt Lege humana positua Ecclesiastica, vel Ciuili, addant etiam specialem malitiam, eò quod sint perpetrati cum iis, qui sunt cognati cognitione spirituali, vel legali? Respondeo, non addere; quia nulla extat specialis Lex, quæ eos coitus cohibeat præter legem naturalem in genere prohibentem sodomiticum peccatum: v. g. si quis coeet cum eo, quem

baptizauit, vel ex Baptismo leuauit. Item, si quis coeet cum eo, quem in filium adoptauit, vel arrogauit. Item, si quis coeet cum aliquo, & postea coeet cum fratre illius. Ita Azorius.

2. Sed, his non obstantibus, affirmatiuè sententia adhæret Dicastillus *de iustit. lib. 1. disputat. 3. dub. 18. num. 300.* Nam eo ipso quod lex humana positua constituit huiusmodi cognitionem spiritualem, vel legalem, inde quasi naturaliter relinquitur, vt contra rectam rationem sit non seruare erga prædictas personas debitam reuerentiam, & pietatem, & quidem non video cur baptizans, verbi gratia fecimam, si accedat ad illam copulam naturalem, peccet contra reuerentiam illi debitam; tanquam spiritualiter cognata, vt omnes fatentur, & non peccet, si accedat sodomiticè ad baptizatum à se. Quod enim dicitur de lege positua inducente talem cognitionem, quæ solum se extendit ad inducenda impedimenta Matrimonij, potius probat nostram sententiam, tale enim impedimentum inductum, imponit quasi prioritate naturæ cognitionem spiritualem, vel legalem; si enim scholastico more loquamur, non idèd sunt tales cognationes, quia sunt talia impedimenta, sed potius talia impedimenta sunt quia sunt tales cognationes; nec etiam est formaliter idem, esse impedimenta à lege inducta & esse cognationes inductas à lege, vt videre est inter Sacerdotem baptizantem, & masculum baptizatum, inter quos est cognatio lege positua inducta; & tamen non est impedimentum lege positua inductum; ridiculum enim esset dicere, quod lex positua induxerit impedimentum Matrimonij inter virum, & virum. Idem constat inter Patrum leuantem, & masculum leuantem ex facto fonte: Ergo distinctum quid sunt, cognatio, & impedimentum inde resultans. Itaque posita illa cognatione iure naturæ exigit reuerentia, & pietas, contra quam fiet in luxurioso congressu, & non minùs in sodomitico, quam in naturali.

3. His tamen non obstantibus, puto sententiam Azorij esse probabilem quam nouissime tunc Mazuchellus *tractat. de cast. referu. disputat. 2. capit. 23. numero vigesimo quinto,* quod multò magis dicendum est si actus sodomiticus fuisset commissus cum filio adoptato, vel adoptata. Dicendum est igitur probabiliter committentem sodomiam cum personâ coniuncta cognatione spirituali, non teneri circumstantiam personæ aperire.

RESOL. CXL.

An si quis coeens cum homine, & supercubans, fuerit super mulierem, teneatur aperire hanc circumstantiam, si tantum se polluat, vel satis sit dicere in confessione, tactu alterius mollitiem commissi; vel pollutus sum tangendo alterum impudicè? Ex part. 7. tract. 7. Ref. 52.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Hieronymus Llamas in *summa, part. 3. cap. 8. §. 1.* Sed contraria sententia mihi placet; nam, vt impletur fatetur, hæc circumstantia non mutat speciem: & idèd in tali casu existimo, satis esse dicere: Tactu alterius mollitiem commissi; vel, Pollutus sum, tangendo alterum impudicè. Et ita sensisse quendam virum doctum testatur *loc. cit. Llamas.*

RESOL. CXLI.

An mollities consummata cum puero inter speciem? Ex part. 7. tract. 12. & Misc. 3. Ref. 32. alias 37. §. 1. Affirma

§. 1. Affirmatiue respondet Cutellius in *Addit. ad Pract. 4. Mancini dub. 138.* vbi sic ait: Si quis peccatum molliciti cum tertia persona consummatum committat, an circumstantiam tertiae personae fateri teneatur?

2. Respondet negatiue Reginald. cum talis circumstantia distinctam speciem à peccato molliciti non constituat, nisi forte illam tertiam personam ad hoc minime paratam induxerit, quia tunc rursus spirituales proximi in tali specie peccati, cuius ipse causa fuit, fateri tenetur, Reginald. *lib. 22. n. 49. vers. memorata igitur*, verum quia hoc peccatum molliciti cum tertia persona, ac cum contactu eiusdem consummatum, hanc circumstantiam speciem mutare putato, ac proinde in confessione voti peccatum carnis cum puero extra vas consummatum explicari debere. Ita Cutellius. Sed ego in tali casu licet cum ipso putem circumstantiam tertiae personae, cum qua fuit consummata pollutio esse in confessione explicandam, quod ipse Reginaldus etiam fatetur, existimo tamen optimè Reginaldum opinatum esse mollicitem cum tertia persona consummatam non esse alterius speciei; quia vt ex Nauarro obseruat Filliucius *tom. 2. tractat. 36. cap. 8. n. 153.* licet mollicitis maius peccatum sit, quando cum alterius opera contingit, propter participationem alterius peccati, non tamen ob id fit alterius speciei, nisi copula sodomitica, aut fornicaria accedat; sed de hac quaestione inferius iterum redibit sermo.

RESOL. CXLII.

An qui pollutionem habuit cum puero nondum doli capaci, vel cum femina dormiente, vel cum bestia circa concubium, teneatur in confessione praeter pollutionem has circumstantias explicare? Et doctrina huius Resol. subtilis est, & curiosa. Ex part. 7. tract. 1. 2. & Misc. 3. Resol. 15. aliis 13.

§. 1. Communiter respondent affirmatiue, licet contrarium ex sententia Caietani in 2. 2. *quest. 154. art. 11.* dicendum videatur; sed quia hanc difficultatem, doctè, vt semper solet, explicat Pater Dicastillus de *iust. lib. 1. disp. 3. dub. 18. num. 282.* & sequent. idem eius verba hic per extensum apponam; sic itaque asserit: Cum vitium molliciti venere constituitur ex voluntaria pollutione absque concubitu quocumque, nulla apparet differentia formalis (inquit Caietanus) quae distinguat hanc speciem. Siue enim sit procurata extrinseco adminiculo proprio, vel alieno per quodcumque coniunctum, vel separatum instrumentum, dummodo absit concubitus: siue sit procurata per solum interiore actum politiuè, vel negatiue; nulla efficitur diuersitas specifica, quoniam haec omnia materialiter, vel per accidens se habent ad voluntariam seminationem absque concubitu. Grauius tamen peccatum est cum concubitu (etiam absque vlla alioqui concupiscentia alieni, aut sibi ratione coniugij non debiti corporis) adminiculo sit, ratione societatis in peccato alterius. Atque hoc intellige loquendo de tali specie peccati secundum se. Quoniam loquendo de eodem peccato, vt subordinatur morose delectationi, aut desiderio adulterij, recipit etiam adulterij deformitatem, & vt subordinatur morose delectationi, aut desiderio incestus, admittit deformitatem incestus; & sic de aliis. Haec est doctrina Caietani, quam aliqui Recentiores approbant.

2. Probabilis videtur esse circumstantias specie diuersas, si quis pollutionem procurat propriis tactibus, quam si procurat tactibus alienis; & inter alie-

nos diuersam esse speciem, si procurat tactibus feminae, quam viri; non enim solum est maior grauitas, aut duplex ratio peccati tum proprii, tum alterius; sed etiam malitia distinctae speciei. Quod mihi persuadeo, Primò, quia tactus impudici habitus cum femina iuxta communem sententiam, sunt quasi inchoata copula, & prauius actus ex se ordinati ad illam, etiam si ex intentione operantis ad id non ordinentur, vt in superioribus vidimus. Quod non habent tactus, qui solum habentur ab ipso se pollente sine adminiculo alterius. Item (vt dicemus postea) accessus ad feminam in vase praeposito non est proprie species Sodomiae; sed tantum accessus viri ad virum (teste eodem Caietano *supra*) est deformitas contra rectam rationem non seruando in copula carnali debitum sexum, ac proinde, nec debitum vas, seu instrumentum. In congressu tamen viri cum femina praeposita libidine solum est peccatum, aut deformitas contra naturam in non seruando debitum instrumentum, non vero in non seruando debitum sexum. Cum ergo in tactibus habitus cum viro sit deordinatio indebiti sexus non correlatiui; quae deordinatio non reperitur in tactibus cum femina; eadem ratione, atque in praeposita libidine diuersificat species, etiam in tactibus diuersificabit. Confirmatur, quia non minus indebitum est naturae, & generationi dissonum praepositorum vas feminae, quam praepositorum vas viri, & nihilominus manente vtrobique ratione indebiti, & dissoni, putat Caietanus & Recentiores diuersificari specie vtroque congressum, propterea quod in vno sit feminae cum viro, in altero viri cum viro; sed eadem ratione non minus indebiti, & dissoni naturae & generationi sunt tactus causantes pollutionem adminiculo feminae, quam tactus causantes pollutionem adminiculo viri. Ergo diuersificabuntur specie, propterea quod vnus sit, viri cum femina, & alter viri cum viro. Itaque, quamuis non improbabilem putem sententiam Caietani, multò probabiliorem puto oppositam, quod attinet ad tactus.

3. In ordine autem ad confessionem, diuerso modo, in aliquibus philosophandum est iuxta vtamque sententiam, maxime si sequamur probabilem aliam sententiam, quod scilicet circumstantiae aggrauantes intra eandem speciem non sint necessario explicandae in confessione. Iuxta sententiam ergo Caietani, & hanc, quotiescumque quis habuit pollutionem, siue per seipsum sine adminiculo alterius, tactibus, vel imaginatione tantum excitatus; & qui eam habuit cum adminiculo quidem alterius; sine peccato tamen illius, vt, si illam habuisset tactu alterius dormientis, & nihil sentientis, aut pueri doli nondum capaci, & quod caput est, tactu bestiae circa concubium, seu congressum, non videtur teneri in confessione dicere aliquid aliud, nisi quod habuerit pollutionem voluntariam; quod sanè mihi durissimum apparet. Sed tota haec durities videtur inferri ex supradictis sententiis. Nam si ex vno capite circumstantiae non mutant speciem, aut augent numerum peccatorum, non sunt necessarid explicandae, ex alio autem capite pollutiones absque concubitu quocumque non habent differentiam formalem quae distinguat speciem, siue sit procurata extrinseco adminiculo proprio, vel alieno per quodcumque coniunctum, vel separatum instrumentum, dummodo absit concubitus, &c. vt dixi; sequitur, ea omnia non esse explicanda in confessione, cum speciem non mutant. In nostra vero sententia omnino explicanda sunt, cum mutant speciem, vt dictum est. Ergo, &c. Et haec omnia docet Dicastillus loco citato.

NON
ON
II
III

4. Igitur ex supradictis apparet, secundum Caietan. pollutentem se, & tangentem puerum, nondum doli capacem, vel verenda alicuius bestiae, non teneri has circumstantias in confessione explicare, quia haec pollutiones inter se non differunt specie, sed qui tenent mutare speciem, affirmatiue sententiae adherent. Nota tamen sententiam Caietani quam probabilem putat Dicastillus, *ut supra*, visum est; tenere etiam P. Azorium, & nouissimè me citato Ioannem Caramuelem *in Comment. ad Regulam D. Bened. disputat. 66. num. 983.* sed in praxi puto non esse dicendum à contraria sententia tanquam probabiliori & tutiori.

Pro hoc me citato sup. in Resol. 133 §. ult. & signanter in aliis §§. eius not.

RESOL. CXLIII.

An si quis cum Virgine copulam sodomiticam habuerit, teneatur in confessione explicare circumstantiam virginitatis?

Et cursum docetur penitentem non teneri exponere se sodomiam habuisse cum femina, quia sodomia cum muliere, aut cum viro solum differunt in genere entis, non in genere moris. Ex part. 7. tract. 12. & Misc. 3. Resol. 16. aliàs 14.

Sup. hoc sup. in Resol. 39. §. Secundo inferretur prope finem à veris. Notandū est.

§. 1. **D**E hoc casu interrogatus his diebus respondit negatiuè, quia talis copula non habet specialem malitiam stupri, cum non violetur integritas Virginis, & ideo in tali casu sufficit, ut penitens se acuset habuisse, verbi gratia, semel copulam sodomiticam cum femina. Et hanc sententiam docet Dicastillus *de Iustit. lib. 1. disputat. 3. dub. 19. num. 328.* & tanquam probabilem admittit Trullench *in Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 8. §. 2. num. 3.* vbi sic ait: Si quis abutatur virgine sodomiticè, etiam si aliquam iniuriam faciat patri, non tamen corrumpit claustrum virginale, nec reddet minusabilem ad matrimonium, proinde valde probabile est, non esse explicandum in confessione sodomiam commissam fuisse cum virgine, sed sufficit, si dicat esse cum femina. Ita ille. Et hanc sententiam ego etiam olim docui, & nouissimè me citato docet sapientissimus & amicitissimus Caramuel, *in reg. D. Benedict. disput. 66. conclus. 12. num. 1013.* qui etiam mecum docet penitentem non teneri exponere se sodomiam habuisse cum femina; quia sodomia cum muliere, aut cum viro solum differunt in genere entis, non in genere moris; non secus, ac furari aurum, vel argentum, aut frangere ieiunium pane, vel piscibus.

Sup. hoc sup. in Resol. 131. & in aliis Resol. & §§. eius annot.

RESOL. CXLIV.

Ut quidam habebat magnam verecundiam, aperire in confessione se sodomiam commississe cum vxore; quaesierunt à me per literas Doctorum opiniones circa praesentem casum.

Et supponitur in dictam copulam sodomiticam vxorem consentire.

Et cursum inferretur non esse explicandam personam, cum qua habita est sodomia, virum videlicet sit masculus, vel femina; nam licet concubitus iste cum femina non sit propriè sodomia, tamen ad sodomiam reducitur. Ex part. 7. tract. 12. & Misc. 3. Resol. 23. aliàs 21.

§. 1. **S**uppono, ut mihi asserbant in copulam sodomiticam vxorem consentire. Dico igitur, ex aliquorum Doctorum sententia, posse iudicatum in tali casu asserere in confessione se com-

mississe peccatum contra naturam, ter, verbi gratia, vel quater, nihil aliud explicando. Nam Mazuchellus *tract. de cas. reser. cap. 22. difficult. 1. num. 24.* tenet contra Bonacinam non esse explicandam personam cum qua habita est sodomia, virum videlicet sit masculus, vel femina; nam licet concubitus iste cum femina, non sit propriè sodomia, tamen ad sodomiam reducitur; vnde penitens in Confessione latifaceret, asserendo, peccauit toties contra naturam.

2. **Q**uòd verò in casu de quo loquimur penitens non teneatur explicare se esse vxoratum, tanquam probabilem admittit Machadus *de Perfecto Confess. tom. 1. lib. 2. part. 3. tractat. 19. document. 5. num. 5.* & sequent. vbi sic ait: *Ha se aduertir, que si qualquiera de los casados tuuiese copula con otro, que el compañero, extra vas; segun doctrina comun esta obligado à declarar en la confesion, que era casado; por que de qualquiera manera que diuina su carne con otro, haze agrauio al compañero, i le quabrantè la fe dada, por lo qual siempre es adultero.*

3. **S**i la misma obligacion tenga de declarar la circunstancia de que era casado el marido, que con voluntad de su muger tuuo copula, extra vas, con el la: no es tan cierto entre los Doctores. Sanchez; i otros comunmente son de parecer, que no solo la culpa, sino tambien que la muger, extra vas, con su muger, deue declarar, fundansi en que semejante acceso es contra la fe del matrimonio, i por consequente adulterio. San Augustin referido en el Decreto, expressamente dice, que este modo de accipere entre los casados es mas grave peccado, que entre los solteros.

4. **N**o obstante que lo contrario es probable; por que como ensena Santo Tomas, i todos los Doctores la fe del matrimonio solo contiene en si dos cosas.

5. **L**a primera, que los casados se paguen fielmente el debito conjugal. La otra, que no diuidan su carne, teniendo copula con otras personas. Lo qual consta tambien de la definicion del adulterio, que como dize Pelagio Pontifice, i dexamos dicho otra, es: *Alieni tori violatio.* Huc vsque Machad. Sed ego adhaereo opinioni Sanchez.

RESOL. CXLV.

An pollutio praeuisa, sed non intenta in ebrietate nimia comestione, &c. sit in confessione aperienda? Vel an sufficiat in tali casu se accusare de nimio potu, & cibo, & opus non sit explicare pollutionem?

Et docetur, quod verba impudica, cogitationis super, & tactus, licet sint crimina mortalia, & sint casus ordinati ad pollutionem, non tamen efficaciter illam influunt.

Et notatur pollutionem praeuisam, sed non intentam ex actibus peccaminosis tantum venialiter in genere luxurie, non esse peccatum mortale, et ex tactu leui, verbi gratia, manus, visu, verbis, lectionibus aliquantulum libidinosis, &c. Ex part. 1. tract. 7. Resol. 65.

§. 1. **R**espondeo negatiuè: nam, quando causa peccati mortalis in genere luxurie, tunc est peccatum mortale pollutio praeuisa: non autem est in nostro casu, quando causa est mortalis in ebrietate, nimia comestione, &c. quia eiusmodi res ex propria ratione non ordinantur ad pollutionem; & ideo non concurrunt grauiter ad ipsam pollutionem, sed leuiter. At pollutio non est culpa mortalis, prout praesens voluta in causa leuiter illam efficiat. Ergo, &c. Et

De Circumst. aggrau. Ref. CXLVI. &c. 415

&c. Et ita in terminis docet Villalobos in *summa*, tom. 2. tract. 40. dub. 16. num. 6. Valquez in *part. 2.* tom. 1. *disputat.* 115. cap. 3. num. 9. Sanchez de *matrimon.* tom. 3. lib. 9. *disputat.* 45. num. 17. & notissime Granado in *part. 2. contr. 6. tract. 4. disp. 6. n.* 12. & 18. Sufficit igitur in tali casu, poenitentem se accusare de nimio potu, & cibo; & non opus est explicare pollutionem.

2. Sed plus addit Sancius (attendat Lector) in *suis selectis disputat. disput. 21. num. 15. & disp. 23. num. 26.* nam ibi docet, quod verba impudica, cogitationes turpes, & tactus, licet sint crimina mortalia, & sint causa per se ordinata ad pollutionem, non tamen efficaciter putat in illam influere: nam, si quando cogitatio turpis est praesens, non influit in pollutionem, quomodo credi potest infururam, quando absens, utpote in somnis? & idem pollutio ex tali delectatione praesens, non autem voluta, non erit (ait ille) peccatum mortale, ut diximus de ebrietate. Vide Sancium, & non pigebit: nam in hoc nihil affirmo, sed tantum eius sententiam refero.

3. Notandum est etiam, pollutionem praesens, sed non intentam, ex actionibus peccaminosis tantum venialiter, in genere luxuria, non esse peccatum mortale, ut si ex tactu leui manus, visu, verbis, lectione aliquantulum libidinosa, &c. Ita Suarez, Henriquez, Sanchez, Villalobos, Lessius, & alij apud Tannerum in *part. 2. disputat. quarta, quaestione 8. dub. 6. nimer. 123.* quorum sententiam in num. 126. probabilem putat. Noteatur haec, quia saepius in praxi occurrere possunt.

RESOL. CXLVI.

Quidam in die tergitur sapiens carnaliter verenda sua, unde nocte pollutionem postea passus est, queritur, an teneatur fateri dictam pollutionem in somnis habitam?

Et quid, si tactus sint continuati cum commotione spirituum magna?

Et inter alias causas pollutionis advertitur nullam dari causam intra genus luxuria, quae efficax sit ad pollutionem sequutam in somnis.

Qua propter opus non erit fateri pollutionem praesens in omni causa, quae sit peccatum intra genus luxuria, nisi causa, fuisset apposta ea intentione, videlicet, quod sequeretur in somnis pollutio. Ex part. 5. tractat. 13. & Misc. 1. Resolut. 4.

Negativè respondet Sanchez in *selectis, disput. 21. num. 17.* ubi ita asserit. Imò et si tactus sint continuati cum commotione spirituum magna, non intercedit obligatio confitendi pollutionem sequutam in somnis. Nam si statim non sequitur pollutio, signum est talem commotionem influxum efficacem non habere in pollutionem, & multo minus in eam, quae in somnis evenit, cum ipsa longius à commotione distet. Huic consensit doctrina vir doctissimus Societatis Iesv, quod idem docet Caietanus 2. 2. *quaest. 154. artic. 5.* ubi ait, quod desiderium habendi pollutionem, siue affectus, si accipiatur absolute ut desiderium tantum, tunc est causa remota pollutionis; si verò accipiatur ut commotivum corporis ad pollutionem, sic habet rationem causae imperfectae, & dispositivae, & per accidens. Itaque, inferit Caietanus, quod non est magis in se peccatum huiusmodi pollutio nocturna orta ex desiderio pollutionis, ut commotivum corporis, quam pollutio ex cogitationibus mortis siue voluntate pollutionis. Quando verò pol-

lutio peccatum sit, dicendum infra. Ut tamen in hac re quid verum sit vnicò verbo comprehendam; advertendum nullam dari causam intra genus luxuria, quae efficax sit ad pollutionem sequutam in somnis. Nam si dum praesens est causa, influxum efficacem non habet, minus multo illum habebit, dum absens reperitur. Quapropter opus non erit fateri pollutionem praesens in omni causa, quae sit peccatum mortale intra genus luxuria, nisi quando causa fuisset apposta ea intentione, quod videlicet sequeretur in somnis pollutio. Haec omnia Sanchez loco citato, qui putat, ut ex num. 13. patet, satis esse confiteri causam pollutionis, & non esse necessariam ipsam pollutionem in somnis habitam explicare. Sed contrarium docet alter Sanchez de *matrimonio, tom. 3. lib. 9. disput. 45. n. 30.* asserens non esse satis causam pollutionis datam fateri, sed etiam fatendam esse ipsam pollutionem.

RESOL. CXLVI.

An si quis commisit aliquod peccatum, cuius periculo se antea exposuit, teneatur explicare hanc circumstantiam in confessione?

Et an, dum qui tentatur, non orat, ut Deus eum à tentatione liberet, ad sit distinctum peccatum à peccato praecipi fratris? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 44.

Respondeo, negativè; sed satisfacere confitendo peccatum commissum; si tamen inter occasionem, & periculum cui seipsum exposuit, & inter actum peccati completum, non intercesserit mora notabilis, quae peccatum novum numero distinctum possit constituit. Et ita docet Sanchez in *summa, tom. 1. lib. 1. cap. 8. num. 4.* Suarez in 3. *part. tom. 1. disput. 18. sect. 3. num. 16.* Aragon in 2. 2. *quaestione 813. artic. 3. in fine.* & Villalobos in *sum. tom. 1. tract. 14. dub. 4. num. 3.* ubi sic ait: *El que va à pecar, & se dexa llevar de la tentation, no cae en dos pecados, por no haver orado, para que Dios le libere: porque no havia qui obligacion de orat distincta del precepto, que quebro, que solo la oracion era medio para no pecar, como lo es el quitar la ocasion, y el que no quita la ocasion, no comete dos pecados.* Ita ille.

RESOL. CXLVIII.

An si aliqua tentatio carnis nimis notabilis sit, quis teneatur tunc orare, unde hoc minime faciens duplex peccatum committat, si venere delectetur? Ex part. 3. tr. 5. & Misc. 1. Ref. 16.

Affirmativam sententiam docet Ioannes Sancius in *selectis disput. 21. n. 19. & 20.* sic asserens: Si venerea delectatio notabilis esset, & periculum in illam consentiendi interueniret sub mortali peccato, tenebatur auxilium Dei implorare. Et quamvis tunc oratio non obliget per se, sed per accidens, erit tamen duplex peccatum, omittere orationem, & venere delectari. Et sic delinquet contra Religionem, & castitatem omittens orare tempore grauis tentationis carnalis. Idem in casu simili sentit Faber de *pan in 4. sentent. distinct. 14. quaest. 2. disput. 8. num. 68.*

2. Sed mihi opinio contraria placet. Nam actus amoris Dei per accidens obligat in multis casibus, & tamen ut bene advertit Tannerus in 2. 2. *D. Thome, disp. 3. quaest. 4. dub. 4. num. 83.* omissio huius actus in his casibus non est peccatum speciale, & distinctum

M m 4 ab

Sup. hoc in Ref. praeterita § 2. & in alius eius not.

Sup. hac oratione in Ref. seq.

Sup. hoc in Ref. praeterita post mediam.

ab eo peccato, ad quod vitandum requirebatur, secus est in his casibus, in quibus tale præceptum obligaret. Sed hoc accidit in casu nostro. Ergo. Et certe si opinio Sancij esset amplectenda, multi ex illa scrupuli orientur.

RESOL. CXLIX.

An qui pluries vouit, vel pluries iurauit facere aliquam rem, frangatque votum, seu iuramentum, teneatur hoc in confessione aperire?

Ex quo infertur, quod quis per diuersos Sanctos, & formas iurandi iuret, aut voueat, vnum tantum votum, aut iuramentum efficere, idè hanc circumstantiam tanquam aggravantem non tenetur in confessione aperire; sicut etiam testis, qui simul rogatur de multis articulis sub vno iuramento, & in omnibus mentitur, vnum tantum peccatum committit, & non tenetur hoc in confessione aperire: Ex part. 3. tr. 4. Ref. 89. aliàs 90.

§. 1. **R**espondeo negatiuè cum Fagundez *prac. 2. lib. 3. cap. 5. num. 7.* vbi sic asserit: Quoties plura præcepta, vel plura vota, aut plura iuramenta de eadem re dantur, verbi gratia, de ieiunio, de audiendo sacro in eodem die, vnum tantum peccatum committit, qui eadem vota frangit, vel præcepta, vel iuramenta, grauius quidem, quàm si vnum tantum præceptum, vel votum, vel iuramentum frangeret. Ratio est, quia omnia vota, vel præcepta, vel iuramenta sunt vincula eiusdem speciei, & relinquunt peccatum in eadem specie. Ita Fagundez, qui citat Caietanum, & D. Antoninum. An verò dicta circumstantia sit in confessione aperienda: Respondeo negatiuè, quia, vt alibi satis probatum est, ego puto circumstantias notabiliter aggravantes, non esse necessariò in confessione explicandas; igitur in dictis casibus sufficit, vt penitens dicat, Toties non ieiunavi, vel non audiui sacrum.

Sup. concto in hoc § in Resol. seq. & pro parte in alia Resol. 101.

2. Ex his etiam infertur, quod qui per diuersos Sanctos, & formas iurandi iuret, aut voueat, vnum tantum iuramentum, aut votum efficere. Et ita docet Henriquez *lib. 2. de Penit. cap. 5. num. 6.* cum aliis. Et ego puto hanc circumstantiam tanquam aggravantem non esse in confessione aperiendam, sicut etiam testis, qui simul rogatur de multis articulis sub vno iuramento, & in omnibus mentitur, puto vnum tantum peccatum committere nec teneri hoc in confessione aperire.

RESOL. CL.

An testis, qui simul rogatur de pluribus rebus, & articulis sub iuramento, & in omnibus mentitur, teneatur hanc circumstantiam in confessione aperire?

Et quid, quando quis multiplicat execrationes, & iuramenta per Deum, & per Sanctos super eadem re? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 40.

§. 1. **R**espondeo negatiuè: quia est vnum peccatum, vt rectè obseruat Henriquez *lib. 5. cap. 5. num. 6. in Glossa, litt. F.* qui citat Archidiaconum, & Sarmientum, qui etiam in *litt. H.* addit, & optimè, hoc etiam procedere, quando multiplicat execrationes & iuramenta per Deum, & per Sanctos si per eadem re, vel multiplicat scripturas publicas etiam super eadem re: nem in talibus casibus adest tantum vnum peccatum mortale & illa circumstantia diuersorum iuramentorum, & scriptura-

Sup. duabus primis diffic. huius Resol. lege doctrinam Resol. præterita: & pro parte testis §. p. in principio Resol. 99.

rum non est in confessione explicanda; sed satis est, vt dicat penitens: Transgressus sum iuramentum, & non adimpleui quandam obligationem. Quæ omnia pro praxi sunt valdè notanda.

RESOL. CLI.

An Clericus, vel sacris Ordinibus initiatus, vel Religiosus, qui in ludo taxillorum, & alearum fraudauit aliquem in magna quantitate, satisfaciat dicto in confessione se proximum in quantitate notabiliter fraudasse, an vero aperire, asserendo illam fraudem fecisse in ludo taxillorum, seu alearum? Et deducitur dictos Clericos, & Religiosos, secluso scandalo, etiam si frequenter ludant non peccare mortaliter. Ex part. 1. tr. 7. Ref. 21.

§. 1. **E**st prædictam circumstantiam aperiendam, putant omnes, qui asserunt, supradictos peccare mortaliter, si frequenter vacent his ludis. Et ita docet Rebellius, & Lessius apud Megalam, vbi infra, quibus ego addo Salam *tr. de ludo, dub. 2. num. 2. & seq.* Squillante de obligat. *Cler. par. 2. dub. 8. n. 46.* Toletum *lib. 5. cap. 27. n. 46.* Homobonum de *exam. Eccles. part. 2. tr. 9. c. 24. 9. 74.* Molseum in *sum. tom. 2. tract. 12. c. 21. n. 41. & 88.* Filiucium *tr. 37. c. 4. n. 59* & alios.

2. His tamen non obstantibus, nostrar Megala in *1. part. lib. 5. cap. 14. num. 8.* docet, dictam circumstantiam non esse in confessione aperiendam: quia putat, dictos Clericos, & Religiosos, secluso scandalo, etiam si frequenter ludant, non peccare mortaliter: & conatur respondere ad sacros Canones, vbi tales ludi Clericis prohibiti iniunguntur. An verò hæc sententia sit probabilis, Viri docti, illum legendo, iudicent.

RESOL. CLII.

Vivum, si qui furetur propter fornicationem, teneatur hanc circumstantiam finis explicare in confessione, vel sufficiat dicere, furatus sum: & postea per aliam actum dicere, habui intentionem fornicandi? Et notatur, quod circumstantia finis tunc explicanda est, quando quis peccando intendit finem aliquem, qui continet malitiam mortalem; unde si quis confessus est propter inanem gloriam, hæc circumstantia mali finis, id est vana gloria, non erit necessaria in confessione aperienda.

Etiamsque aduertitur, quod si quis in die festo propter studium omittet Sacrum, non est necessarium in tali casu confiteri circumstantiam studij, Ex part. 1. tract. 7. Ref. 23.

§. 1. **N**egatiuè respondet Syluester *verb. Confessio, 1. part. 9. ro. & ex neotericis Ioan. de la Cruz in direct. conf. part. 2. tract. de Sacram. Penit. quest. 3. dub. 6. concl. 1.* Megala in *1. part. lib. 5. cap. 10. num. 2. cap. 15. n. 6.* Nugus in *adit. ad 3. p. quest. 5. artic. 2. dub. 3.* & alij.

2. Sed mihi contraria sententia videtur probabilior. Dico igitur, verum esse, circumstantiam finis esse explicandam in confessione, vt in exemplo proposito, quando quis furatur propter inæchiam. Et ita docent Bonacina de *Sacr. diss. 5. q. 5. sect. 2. p. n. 1. diff. 3. n. 2.* Fagundez *Præcept. 2. lib. 4. c. 5. p. 1. c. Henriquez lib. 2. c. 6. n. 3.* Suarez in *3. p. tom. 4. d. 1. 2. 2. 2. 4. in circumstantia, Cur. Reginaldus tom. 1. lib. 6. n. 127.* & alij communiter.

tiones, rūs detractiones, contractus seculares, & similia.] Sic Lestius. Sed audiamus Thomam Zerolam in *praxi pœnitent. cap. 12. quæst. 17.* [Quærit ibi, utrum furari tapeta, tabellas, cortinas, vel fellas, vel quid huiusmodi, quæ erant accommodata à Sacrista, pro ornamento alicuius festiuitatis in Ecclesia, sit sacrilegium? Et respondet, quod sic, quia deseruiebant cultui diuino, pro quo erant matuò data. Secus verò, si quis deferret fellam, tapeta, vel baldachinum, vel quid huiusmodi in Ecclesiam, pro sui commoditate, vel ornatu, vt faciunt Principes, Officiales, & Nobiles; quia tunc furari ea, non est sacrilegium. Sed quando fecisset Sacrista sibi ea accommodari, & ipse ea pararet pro sessione alicuius Principis, vel Prælati venientis ad Ecclesiam pro deuotione; tunc etiam committeretur sacrilegium: quia indirectè cultui diuino erant deputata.] Ita Zerola. Vide etiam Farinac. *de immunit. Eccl. cap. 16. num. 217. ad Bull. Gregor. XIV.* Ex his patet responsio ad dubitationem in principio positam. Nota verò, circa præsentem materiam, aduersus Ioan. de la Pegna, non committere sacrilegium, qui furatur Clerico aliquid iure Ecclesiastico possessum. Ita Pitigian. in *4. sentent. tom. 2. distinct. 17. quæstione vnic. num. 5. in circumst. Vbi.*

RESOL. CLV.

An si quis furetur coram iudice, vel cum manifesto periculo vita, teneatur postea aperire hanc circumstantiam in confessione?

Et quid est dicendum de illo, qui in bello se exponit manifesto periculo mortis absque causa?

Idem est dicendum de eo, qui alteri suadet peccatum, cum periculo incurrendæ pœnæ mortis. Ex part. 1. tractat. 7. Ref. 61.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Vasquez in *part. 2. tom. 1. q. 7. art. 9. dub. 3.* qui putat, in tali casu adesse duo peccata, videlicet peccatum, furti, & peccatum temeritatis contra fortitudinem: sicut, qui in bello se exponit manifesto periculo mortis absque causa.

2. Sed mihi placet contraria sententia, quam nouissimè tuctur Tannerus in *part. 2. disp. 4. quæst. 3. dub. 3. num. 71.* nam pœna huius vitæ, quamuis à peccante præuisa, non addit nouam speciem malitiæ, nisi ea pœna directè sit intenta, ipsumque ad eod peccatum, tanquam medium ad hunc finem electum. Et ratio est: quia, qui directè, & per se non vult pœnam, sed tantum indirectè; is non vult pœnam, nisi ex suppositione peccati: sed velle pœnam ex suppositione peccati, per se non est peccatum vt patet: ergo: &c. Idem dicendum est de eo, qui alteri suadet peccatum, cum periculo incurrendæ pœnæ mortis. Sufficit igitur in tali casu pœnitenti, se accusare commisisse peccatum furti, & non explicare, se furatum esse coram iudice, vel cum manifesto periculo vitæ.

RESOL. CLVI.

An qui furatus est, v. g. mille aureos, satisfaciat, si in confessione dicat, subripui rem notabilem? Ex part. 1. tract. 7. Ref. 14.

Quamuis nò §. 1. **N**egatiuè respondet Nugnus in *addit. ad 3. plenè supra* *part. tom. 2. q. 9. artic. 2. dub. 3.* Henriquez. hoc, tamen *lib. 5. capit. 7. num. 4.* Sanchez in *summ. tom. 1. lib. 4.* quoad hoc *cap. 11. num. 24.* Coninch. *de Sacram. disp. 7. dub. 3.* lege supra *num. 13. conclus. 1.* Fagundez de *Precept. Eccl. tract. 2.* doctrinam §.

lib. 4. cap. 4. num. 2. Suarez in *3. part. tom. 4. disp. 22. Conclus. sect. 3. num. 17.* Medina *lib. 1. cap. 9. §. 2.* Toletus *lib. 1. cap. 7. num. 4.* Sotus in *4. distinct. 17. quæst. 1. art. 2.* Sayrus de *Pœnit. cap. 8. num. 8.* Petrus Fay in *addit. ad 3. part. quæst. 9. artic. 2. disp. 5. concl. 1.* Bonacina *vbi infra*, & alij.

2. Hæc opinio est probabilis: sed contrariam etiam probabilem vocat Bonacina *de Sacram. disp. 5. quæst. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. dist. 3. num. 17.* & illam docuit Nauarrus in *cap. consideret. distinct. 5. num. 12.* & ex neotericis sustinet hanc sententiam Vasquez in *3. part. tom. 4. quæst. 9. art. 1. dub. 3.* Megala in *1. part. lib. 5. cap. 12. num. 2.* Zanardus in *Theol. p. 1. tract. de Pœnit. cap. 18.* Cyprius *tractat. de cas. reser. cap. 8. num. 1.* Zerola in *praxi pœnitent. cap. 12. quæstione quinta.* & alij. Vnde sufficit, quod pœnitens dicat, se commisisse furtum in re notabili, vt Confessarius possit cognoscere illum peccasse mortaliter.

RESOL. CLVII.

An diurnitas voluntaria retentionis de re aliena furto sublata si circumstantia necessario in confessione aperienda?

Et supponitur plura non committi peccata, sed tantum contineri antiquum, quamuis vno anno, vel plus iniuste retineatur res, etiam si forte sapius renouetur propositum non restituendi, dummodo tamen pœnitentia dictus rem nò proponat restituere, & postea mutato animo, & proposito, habeat animum res restituendi.

Et notet hoc Confessarius, & à multis scrupulis immunis erit. Ex part. 1. tr. 7. Ref. 58.

§. 1. **S**uppono, probabilem esse sententiam Petri à Navarra *de resit. lib. 4. cap. 4. num. 9.* & Tanneri in *2. 2. disp. 4. q. 6. dub. 14. §. 425.* qui citat etiam Aragonium, & Carbonem; afferentium, plura non committi peccata, sed tantum continuari antiquum, quamuis vno anno, vel plus, iniuste retineatur res aliena, etiam si forte sæpius, interim offerratur oculo restituendi, aut etiam sæpius renouetur propositum non restituendi: dummodo tamen pœnitentia dictus non proponat restituere: & postea mutato proposito habeat animum non restituendi.

2. Hoc supposito quaritur, an saltem diurnitas voluntaria retentionis rei alienæ sit necessario in Confessione aperienda: Tannerus, *vbi supra*, numero 427. & alij, affirmatiuè respondent, & rationem adducunt: quia, licet in tali diurnitate retinendi rem alienam, iniuste, domino, non semper multiplicentur peccata, vt *supra* diximus; aggravantur tamen notabiliter. Ergo, &c.

3. Sed in nostra sententia negatiuè respondendum videtur: quia circumstantia aggravantes non sunt necessario confitendæ: sed dicta diurnitas voluntaria retentionis rei alienæ est tantum circumstantia aggravans. Ergo in Confessione minime aperienda erit.

4. Notet hoc Confessarius, & à multis scrupulis immunis erit: nam pœnitens in Confessione latet, tantum se accusando, non restituens rem alienam: nec interrogandus est de tempore, & diurnitate retentionis, vel de numero peccatorum, quæ aliqui in tali diurnitate committi putant; dummodo, vt diximus, nò proposuerit restituere, & postea mutato animo determinauerit amplius restitutionem non facere: quæ omnia valde notanda sunt, quia multum practicabilia.

RESOL. CLVIII.

Difficilis pro praxi in gratiam Confessoriorum est ista quaestio. An qui longo tempore rem alienam non restituit, unum tantum, vel plura peccata committat? Et docetur, quod in duobus tantum casibus positus in §. penultimo huius Resolut. committit quis peccatum novum in omissione restitutionis. In ceteris vero sex casibus assignatis in §. Sed huius Resolutio, & in omnibus aliis, quos diversi auctores enumerant, minime. Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 2. Ref. 25. aliis 27.

§. 1. **R**espondeo ex Lessio lib. 2. c. 22. lib. 3. n. 11. & seq. Molina de iust. tract. 2. disp. 75. n. 5. Rebello de oblig. iust. p. 1. lib. 2. q. 17. sect. 2. Valquez in p. 2. tom. 1. disp. 75. c. 2. Turrianus in 2. 2. tom. 2. disp. 17. dub. 1. n. 3. 4. & 5. & aliis iniquum detentorem rei alienae non esse, ut voluit Caiet. 2. 2. quaest. 66. art. 3. in solo peccato habituali, sed continuo actu peccare, dum non restituit, suumque peccatum extrinsece augere, donec voluntarie restitutionem omittat. Ratio est, quia non restituit rem ablatam, laedit semper Dominum rei. Ita enim non potest possidere, nec vi re sua, sed ista laesio affluere procedit à libera voluntate non restituendi, vel ab omissione libera voluntatis. Ergo est peccatum actuale, eo scilicet modo, quo in omissione operis externi, qua alius laeditur, est peccatum actuale.

2. Sed ex ista doctrina non haberent Confessarii multos scrupulos, si dicta omissionis restitutionis, qua constituit furem, ut dictum est, in continuo actu peccato non interrupteretur: nam distinctuata, multiplicatur postea multa peccata numero distincta. Multipliciter verò interruptitur, ita ut formaliter non continetur. Primo, quando quis, qui restituitur tenetur, factus est impotens ad restituendum. Secundo, quando proponit restituere. Tertio, per somnum. Quarto, per inconsiderantiam naturalem, & obliuionem obligationis restituendi. Ita Valquez ubi supra, & Turrianus. Quinto, quando creditor exigit ab eo debitum, & non reddit. Sexto, quando videt creditorem egere, & non soluit. Ita Socus de iust. lib. 4. q. 7. art. 4. & similia habet Navar. c. 17. n. 54.

3. Ex supradictis modis apparet, quam sapiens fur non restituit, multiplicare peccata, necessarium in confessione aperienda, ita ut parum adiuvet pro facilitate confitendi communis opinio, quae asserit, ut diximus, omissionem restitutionis constituit furem in peccato actuale: nam dicta omisso interruptitur saepius per supradictos modos, qui multiplicat peccata numero distincta. Sed his non obstantibus quia supradicta opinio (propter pluralitatem & numerum peccatorum, quae tempore, quo non restituitur, incurrunt) multum Confessariis, & penitentibus onerosa, ponam hic opinionem probabilem, & tutam in praxi. Dico igitur.

4. In duobus tantum casibus, committit quis peccatum novum in omissione restitutionis. Primo, quoties directe, & expresse renouatur propositum retinendi rem alienam, per specialem actum. Et ad hoc non sufficit qualecumque propositum renouatum, sed requiritur, quod ita proponat quis rem alienam retinere, quod etiam si nunquam id decreuisset, modo decerneret. Nam si propositum est simplex, & sine ista reflexione, potius dicitur continuatio proprii propositi, quam novus actus. Quia licet sit novus, & distinctus physice, non tamen moraliter, quod pertinet ad nostrum institutum. Secundus modus est, quando quis proposuit restituere, & postea data op-

portunitate non restituit. Tunc enim, saltem indirecte, est nova voluntas, & per consequens novum peccatum. Ita Petr. Aragon. in 2. 2. q. 62. art. 8. & post illum Emanuel Rodriguez in sum. tom. 2. cap. 46. num. 1. & Malder. in 2. 2. tract. 4. cap. 11. dub. 7. ubi aduersus Valquez, & alios putat, quod si solum per naturalem quietem, vel inaduerentiam fuerit interruptus animus, actualis retentionis rei alienae, hoc non sufficere, ut fur post modum renouans eiusmodi animum, censetur admittere distinctum numero peccatum. Ut enim actualiter censetur quis suo possidere nomine, sufficit quod si animo tenendi rem apprehenderit, eumque animum non retractarit. Deinde non est necesse, ut is qui idem & mortaliter vnum peccatum censetur continuasse, continuo peccauerit actu: actus enim solum physice interruptus, potest moraliter censi vnus. Sic Malderus & Sayrus in Clauis Regia, lib. 10. tr. 5. c. 5. n. 10. ubi asserit, quod nimis durum esset affirmare toties de nouo peccare, quoties fur post iniquam primam acceptionem dormitioni se traderet, aut illius obliuisceretur, cum multoties in die contingeret hoc modo peccare de nouo, omniaque scrupulis plena essent. Ita ille.

5. Dicendum est igitur ex dictis, tunc iniquum detentorem peccare de nouo mortaliter, quando renouat de nouo propositum non restituendi, ut si animo dicat, etiam si retinere non proposuisset, nunc omnino propono. Vel secundo, quando interruptus prius animum furtiuum firmo restituendi proposito, & postea data opportunitate non restituit. In omnibus aliis autem casibus, quos diversi auctores enumerant, & refert Barthol. à S. Fausto in spec. Confess. dist. 4. q. 203. puto cum Maldero, Aragon & Sayro, ubi supra non esse novum peccatum, sed circumstantiam aggravantem illud, & iuxta nostram sententiam non necessarium in confessione aperiendam, sed aliam benigniorem sententiam circa praesentem quaestionem vide in tract. de Circumstantiis aggravantibus. Et in Ref. not. hac dicta sufficiant circa praesentem quaestionem, ex praeterea. quae maxime & praecipue notandum est pro sedandis scrupulis, per somnum & naturalem inaduerentiam, iniquum rei alienae detentorem, non multiplicare peccata, numero distincta. Salua, &c.

RESOL. CLIX.

An si quis in Ecclesiam confugiat, & intra illam postea ei index auferat arma, debeat index hanc circumstantiam in confessione aperire? Ex part. 1. tractat. 7. Ref. 38.

§. 1. **R**espondet negativè Couarruu. variar. Ref. lib. 2. c. 20. n. 17. & post illum nouissime Fagüez Prac. 2. lib. 4. c. 4. n. 55. ubi asserit: [Quamuis Iudex laicus non possit absque sacrilegio, & circumstantia necessario confitenda, fruente hoc privilegio, è loco sacro inuitos abstrahere, potest tamen ab eis absque praedicto sacrilegio, & circumstantia, intra Ecclesiam arma auferre. Ita ille. Sed de hac quaestione egimus in tract. de imm. Ecclesia.]

RESOL. CLX.

An si index, vel alia persona publica furto capiat res alienas, quas ex officio custodire tenetur, debeat in confessione explicare hanc circumstantiam Officij sui? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 36.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent vterque Medina Complutensis, & Salmaticensis, hic in summa, ille in C. de confess.



2. Sed mihi placet sententia Henriquez *lib. 2. c. 6. n. 3. in Gloss. litt. O.* & aliorum, asserentium, secluso scandalo non teneri: quia dato, & non concessio, quod circumstantia aggravantes sint necessario confitenda; attamen talis circumstantia publici officij non multum aggravat peccatum intra eandem speciem: ergo non est confitenda.

RESOL. CLXI.

An Medicos satis sit fateri se concessisse licentiam edendi carnes absque legitima causa diebus prohibitis, non manifestando illos ieiunio esse consecratos?
Ex part. 1. tr. 7. Ref. 69.

Sup. hoc dupli-
plici precep-
to inf. in Ref.
163 §. Quo-
ro quarto, &
in co. 4. tr. 6.
in co. 4. tr. 6.
Ref. 77 §. vi.
in principio,
& in alio
verf. eius
annot.

§. 1. **N**egativam sententiam docet Sancius *in suis selectis disput. disp. 41. n. 16* quia in tali casu reus est fractionis duplicis precepti ieiunij, videlicet, & carnis abstinentie, ut docet etiam Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 4. c. 1. n. 42. & 53.* cum Ludovico de S. Juan. *in sum. tom. 2. tr. de ieiunio, art. 7. dnb. 2.*

2. Sed Montefinus *in part. 2. tom. 2. q. 73. art. 2. q. 4. n. 7.* docet, hoc esse tantum unicum peccatum contra temperantiam; quamvis censet esse circumstantiam notabiliter aggravantem. Vnde, si hæc opinio esset vera, in nostra sententia dicendum erit, hanc circumstantiam non esse in Confessione aperiendam, tanquam tantum aggravantem, & non mutantem speciem.

RESOL. CLXII.

An qui peccavit alias non peccaturus ex confidentia obtinendi Inhibicum, aut Bullam Cruciatam, teneatur hanc circumstantiam in Confessione aperire? Ex part. tract. 7. Refol. 33.

§. 1. **N**egativè respondendum cum Pitigiano *in 4. tom. 2. dist. 17. quæst. unica, art. 5. circumstantia Cir. Fagundes Præcept. 2. lib. 4. cap. 5. n. 8.* & aliis. Zanardus verdè *in d. r. t. Theolog. part. 1. tractat. de pœnit. cap. 1. 8.* limitat hanc sententiam: sed in aliquibus mihi non placet.

RESOL. CLXIII.

De aliquibus circumstantiis peccatorum explicandis, vel non explicandis in Confessione. Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 56.

Sup. hoc sup.
in Ref. 131 &
in aliis mul-
tis eius not.

§. 1. **Q**uæro primò, an quis teneatur in Confessione explicare, quando exercuit peccatum contra naturam, si fuerit cum mare, vel cum femina? Aliqui respondent affirmativè, sed Celestinus *in compend. Theolog. moral. tract. 1. cap. 9. num. 5. dist. 4.* hoc negat, nisi femina esset coniugata ratione iniuriæ, quæ inferret marito, secus si non est coniugata. Monialis, aut voto castitatis adstricta, vel consanguinea, aut affinis. Ita ille.

Sup. hoc sup.
& late in Re-
fol. 133. 134.
135. 136. &
138 & in tr.
17. 6. Ref. 114.
§. Nota vero
& seqq.

2. **Q**uæro secundò, an penitens in Confessione teneatur explicare si in peccato sodomie fuerit agens, vel patiens? Novissimè Carolus de Baucio *in praxi Confessariorum, fol. 334. num. 43.* non audeo dicere opinionem negativam non posse sequi, præcipuè quando penitens haberet aliquam verecundiam confitendi se in actu sodomico fuisse patientem, secus est dicendum, quando casus est referuatus. Et hanc opinionem testatur docuisse Martinum Fornarium, virum quidem doctum, Societatis Iesv, & placere

etiam Alexandro Ruffo Canonico Neapolitano, viro etiam docto, & mihi amicissimo. Vide me ipsum in 3. p. tr. 4. refol. 159.

3. **Q**uæro tertio, an qui infamat aliquem, dicendo falsum, vel verum, occultum tamen teneatur in Confessione declarare, utro istorum modorum infamaverit? Affirmativè respondet March. *de Sacrament. in 99. Pastoral. tract. 5. cap. 3. dnb. 4.* & Jacob. Granado *in 3. p. de Sacram. contr. 7. tract. 5. disp. 9. sect. 3. n. 20.* quia istæ duæ infamationes distinguuntur specie, qui enim verum dicit, sed occultum, peccat solum contra iustitiam; qui verò falsum, peccat etiam contra veracitatem, quæ in materia gravi graviter obligat. Vnde modus restituendi famam in hoc posteriori casu est longè diuersus ab eo, qui in priori casu servandus est. Sed ego probabiliter contrariam sententiam docui in 1. p. tract. de circumst. refol. 28. quem me citato, tenet novissimè Faustus *de pœnit. 4. q. 1. 12.* maxime si penitens sciat diuersum modum obligationis restituendi famam ablatam, quia dato quod istæ duæ infamationes differant specie, tamen conveniunt in ratione formali, quæ est intentio asserendi alteri famam; vnde satis erit dicere in Confessione, Toties infamavi proximum, sicuti probavimus in eadem ratione *ubi supra*, eum, qui diuersis contumeliis proximum afficit, vocando illum sodomicum, adulterum, furem, &c. satisfacere, si dicat in Confessione: Toties contumelia affeci proximum meum; & tamen dicat contumelia secundum aliquos differunt specie, sed quia conveniunt in ratione formali, probabiliter asserunt multi non esse in Confessione particulari explicandas, sed sufficere in genere, ut diximus: penitentem se accusare dicendo bis, verbi gratia, vel ter, Contumeliam dixi adversum proximum meum.

4. **Q**uæro quartò, an qui fregit ieiunium comedendo carnes, teneatur hanc circumstantiam in Confessione aperire? Affirmativè respondet Granado in 3. p. contr. 7. tract. 9. disp. 9. num. 22. & Texeda *in tr. Theol. moral. lib. 2. tract. 3. contr. 10. num. 35.* qui tamen putat hanc esse circumstantiam aggravantem, & ideo necessariò secundum suam sententiam in Confessione aperiendam. Sed alij, qui etiam probabiliter docent circumstantias aggravantes non esse in Confessione explicandas, consequenter dicent contra in casu proposito sufficere, quod penitens dicat: Bis, verbi gratia, vel ter fregi ieiunium, quia frangere ieiunium, comedendo carnes, eiusdem speciei est cum alia fractione ieiunij, nimirum comedendo in eodem die sæpius cibaria non prohibita, etenim opponuntur, & contrariantur eidem virtuti, nempe temperantia, & ita est de essentia ieiunij absentia ab esu carum, sicuti vnica comestio; vnde pari passu procedunt quoad ieiunij fractionem. Sed alij hoc constanter negant, ut novissimè Iacobus Marchantius *de Sacrament. in 99. Pastoral. tractat. 5. cap. 3. dnb. 2.* ideo tu cogita.

5. **Q**uæro quintò, an qui indignè administravit Sacramentum, teneatur, v. g. explicare in Confessione, si fuerit Sacramentum Penitentie, Baptismi, Eucharistie, &c? Aliqui viri docti respondent affirmativè. Non desunt tamen alij asserentes in tali casu sufficere si penitens dicat: Toties sacrilegium commisi in mala administratione Sacramentorum, quia illæ indignæ administrationes Sacramentorum diuersorum non differunt specie, sed opponuntur eidem virtuti, nempe Religioni.

6. Nota tamen hæc obiter contra Faustum *de Euchar. lib. 1. q. 36. 1.* & Granadum *in 3. p. de Sacram. 3. tract. 5. disp. 5. num. 12.* Sacerdotem, qui in statu peccati mortalis administrat Eucharistiam, non peccare mortaliter. Ita ego sæpius alibi cum Valsquez,

Sup. his sup.
in Rel. 151.

4. Quarto quarto. An Clerici, & Religiosi, si ludendo ludo taxillorum, siue aleatum fraudauerint aliquem in notabili quantitate, teneantur in confessione circumstantiam instrumenti, seu medij aperire, videlicet circumstantiam de ludo taxillorum? Et affirmatiue videtur respondendum; quia cum vsus praedictorum instrumentorum sit secundum ipsos sub mortali prohibitus, & prohibitum etiam sub mortali sit proximum in notabili quantitate fraudare, vt patet ex praeepto de non furando; hinc fit, vt cum proximus notabiliter fraudetur instrumento, seu medio specialiter prohibito, circumstantia instrumenti seu medij nouum peccatum addat: & ideo non solum sit confitenda defraudatio, sed etiam circumstantia medij, quo ipsa fraus facta fuit. Et ita ex Filliuc. Molfesio, & aliis docet Gesualdus in *Theol. mor. tom. 1. tract. 19. c. 4. n. 30.*

Sup. hoc curriculum in fia. Resol. not. praerog. & in 10. c. 4. Resol. 9. 10. & 12.

5. Non tamen hic deseram adnotare nostrum Megalam docere, Clericos, seu Religiosos, si eis non sit facta specialis prohibitio per statuta, siue per Synodalia, ne taxillis, seu aleis ludant, non peccare mortaliter, secluso scandalo, nec teneri in confessione aperire si alios in ludo fraudauerint circumstantiam medij; sic itaq; ait in *p. 1. inst. conf. l. 6. c. 14. n. 8.* Ergo non tam facile affirmandum esse censet praedictos Clericos, aut Religiosos peccare mortaliter, secluso scandalo; quia *d. c. 1. 3. 5. dist. 8. in d. c. inter dilectos*, vbi praecipue fundatur opinio praecitatorum DD. nullo modo imponitur depositionis poena cuius ratione deduci possit Clericos praedictos culpa mortalis esse reos. Nam quoad c. 1. ibi talis poena non exprimitur, sed tantum praecipitur vt tales Clerici alea deservientes, aut desinant, aut damnentur. Vnde Diaz in *sua pract. crim. c. 64.* mitatur Dominicum, & Praepos. qui summam illum Textum videntur tenere, quod per illum imponatur poena depositionis, propter illud verbum, *damnentur*, a quo potius arbitraria poenam denotari ipse affirmat: & eum sequitur Menoch. *de arbitr. ind. lib. 2. centur. 4. casu 399.* Neque in *d. c. inter dilectos*, de depositione a beneficio fit mentio, sed beneficii collatio facta publicis aleatoribus, ac simul vsurariis manifestis propter vilitatem, ac indignitatem aleatorum irritatur. Itaq; patet, publicum aleatorem tantum repellendum esse a beneficio obtinendo, vt notat ibi *gl. 1. & Panormit. in n. 6.* Cum igitur ex praedictis capitulis deduci non possit praedictos Clericos depositione dignos esse, praecitatorum Doctorum affirmantium Clericos praedictos peccare mortaliter, corrui fundamentum: ergo dicendum erit eos non peccare mortaliter.

6. Dices, eos peccare mortaliter ratione prohibitionis Lateran. Conc. vt patet in *c. Clerici, il. 2. de vita, & honest. Cler. vbi praecipitur Clericis, vt aleis, & taxillis eod. ludant, nec huiusmodi ludis intersint.* Respondetur, non omnia, quae in *d. c. Clerici*, continentur, esse praeepta, sed quaedam esse de praeepto, quaedam de honestate secundum Pet. vt infert Abbas ibidem imò secundum Innoc. in eod. loco, omnia quae in *d. c.* continentur, sunt de honestate, non autem ex praeepto, & ideo sunt ex praeepto, dicit tamen Lessius in *d. dub. 1. n. 5.* hoc tempore non esse vsu receptum, vt obliget ad mortale, nisi quatenus prohibet id fieri cum periculo scandali. Vnde concludendum est, praedictos Clericos, ac Religiosos non peccare mortaliter, vt blasphemando, mentiendo, fallendo, & sic in similibus; nec consequenter, si cessante scandalo, in praedictis ludis aliquem in notabili quantitate defraudauerint, teneri eos confiteri circumstantiam instrumenti, seu medij sibi prohibiti. Cum talis circumstantia ratione dictae prohibitionis speciem non addat, sed satis erit accusare a se in ludo proximum fraudatum fuisse. Huc vsque P. Megala, qui respondet etiam ad alios Canones in contrarium. Sed hanc sententiam approbare non audeo; ideo tu cogita.

7. Nota etiam obiter Leand. vbi sup. *de Sacr. tom. 1. tr. 5. disp. 8. §. 8. q. 19.* me cit. docere, Sacerdotem in peccato mortali excipientem confessiones centum personarum, non centum, sed vnum peccatum admittere, nec teneri in confessione numerum personarum explicare, sed tantum dicere; audiu confessiones plurimarum in peccato mortali. Et hanc sententiam tenet etiam Card. de Lugo *de pen. disp. 16. sect. 3. n. 133.* & illam, vt ego olim, tamquam probabilem admittit Tamb. *opuscul. 1. de conf. lib. 2. c. 1. §. 1. n. 55.* Et scob. in *Theol. mor. tr. 7. exa. 4. c. 7. n. 38* qui ex Alpho Vals. Theologus Societ. idem asserit dicendum de Episcopo successit v. g. centum personas ordinante; quidquid in contrarium etiam probabiliter asserat. Ouid. vbi sup. *punct. 5. n. 116.* & alij. Et tandem nota me, & alios, docere quod penitens non tenetur confiteri consuetudinem peccandi, etiam si a Confessario de illa interrogaretur, & citat Sanc. Sed hac opinionem ego reprobaui, & nouissime a Sacra Congreg. Indici. fuit deleta ab operibus Sancij, vnde non est audiendus P. Leand. & ita nostram sententiam praeter DD. a me alibi citatos docet P. Tamb. in *opuscul. 1. de Mat. exp. c. 1. f. lib. 2. c. 1. §. 1. n. 3. in fin.* Dicendum est igitur, quod licet penitens non sit obligatus manifestare in confessione consuetudinem peccandi, tamen hoc fallit a Confessario de illa interrogatur.

RESOL. CLXV.

Additiones ad tractatum de circumstantiis in confessione non necessariis explicandis. Ex part. 3. tr. 4. Tel. 67. §. 1. **I**n p. 1. ne arum res. mor. in d. tr. probabiliter aliter circumstantias notabiliter aggravantes non esse necessarias in confessione explicandas, & ita docet Becan. *de Sacr. c. 36. q. 1. n. 4.* Gran. in *p. 2. D. Tr. contr. 6. tr. disp. 5. n. 11.* Nald. in *sum. ver. circumst. n. 1.* Philliar. *de off. Sacerd. to. 1. p. 2. lib. 2. c. 21.* Molfesius in *sum. 1. tr. 7. c. 12. n. 58.* & 68. vide etiam Tann. in *p. 2. disp. 4. q. 2. dub. 3. n. 48.* Graffium etiam in *p. 2. q. 7. art. 3. n. 11.* quidquid in contrarium asserant Lauorius *tr. de Indulgent. p. 1. c. 14. n. 53.* Estius in *4. sent. disp. 17. §. 9.* ideo addit; Rebell. *p. 2. lib. 4. q. 8. sect. 2. n. 9.* Gutt. *de matr. c. 1. n. 19.* Maldonatus in *sum. q. 19. art. 9.*

2. In ref. 3. mulieri peccanti carnaliter cum Sacerdote Religioso, sufficit vt dicat in confessione, Peccatum cum Sacerdote, vel cum sacris Ordinibus initato, & eodem dicendum est de ipso Religioso; sufficit enim, vt dicat: Sum Sacerdos, vel sacris Ordinibus initatus, Ita Molfesius in *sum. 10. tr. 7. c. 12. n. 66.* & 68. & hanc sententiam probabiliter putat Caraffa in *p. 2. q. 7. art. 3. n. 27.* & 28. cu Sylu. in *2. 2. q. 15. art. 10.* quidquid in contrarium asserat Nugn. in *add. ad 3. p. 9. art. 2. dub. 3. concl. 5.*

3. In ref. 4. sufficit etiam in casu supra dicto, vt Sacerdos, vel Religiosus dicat tantum se violasse votum castitatis, quod habet, non manifestando votum sollemne professionis, vel Ordinis, & idem dicendum est de femina. Hanc sententiam probabilem putat Caraffa in *p. 2. q. 7. art. 3. n. 29.* licet contrariam doceat Syluius in *2. 2. q. 15. art. 10.* & Nugn. in *add. ad 3. p. 9. art. 2. dub. 3. concl. 5.*

4. In ref. 5. sponsus, vel sponsa de futuro, & cum eis carnaliter se committentes, non tenentur istam circumstantiam explicare.

5. Hanc sententiam nouissime tenet Basil. Pont. *de matr. l. b. 1. c. 6. n. 8.* & illam probabilem vocat Laym. in *Theol. mor. lib. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 6.* licet contrarium teneant Coninch *de Sacr. disp. 22. dub. 1. n. 6.* Molina *de inst. 10. 3. disp. 7. 3. n. 8.* Rebellius *p. 2. lib. 4. q. 8. sect. 2. n. 9.* Gutierrez *de matr. c. 1. n. 20.* & Io. de la Cruz in *direct. p. 2. de matr. q. 4. art. 5. dub. 8. concl. 5.*

6. In ref. 11. stuprum puella consentiente, non differt, a simplici fornicatione. ideo in confessione sufficit,

cit, vt quis dicat. Toties fornicatus sum. Ita Suar. 10. 4. diff. 22. sect. 4. n. 6. Nauarra de resurr. lib. 2. c. 3. n. 4. 19. Mollensis in sum. 10. 1. r. 7. c. 12. n. 7. 2. Et hanc sententiam probabilem putant Tannerus in 2. 2. disp. 3. q. 3. dub. 6. n. 1. 47. quidquid in contrarium asserant Conradus in resp. 10. 2. q. 17. Faber de pan. in 4. sent. disp. 1. 7. q. 2. n. 2. q. 2. n. 3. 2. & Syluius in 2. 2. q. 1. 5. 4. art. 6. 7. In resp. 16. quando Religiosus non obedit Prælati præcipienti sub obedientia, non peccat duplici peccato, neque tenetur hanc circumstantiam aperire in confessione. Ita Anton. Perez in regul. D. Bened. c. 5. n. 23. licet contrarium asserant Laym. in Totol. mor. lib. 4. r. 5. c. 9. n. 6. Valq. in p. 2. disp. 98. c. 3. n. 7. & Tannerus in p. 2. disp. 4. q. 2. dub. n. 4. 6. Zumel in p. 2. q. 7. 2. art. 6. dub. 3. Salas in 4. sent. disp. 3. sect. 2. n. 1. 6. Suarez de Relig. 10. 3. lib. 10. c. 7. n. 6. & alij.

8. In resp. 17. in fine, adde, & docet nouissime Gra- nado in p. 2. D. Thomæ, contr. 6. r. 2. disp. 5. n. 10. & Malderus etiam in p. 2. q. 20. art. 4. disp. 99.

9. In resp. 18. si quis in actu venero gestauit reliquias, non opus est in confessione aperire hanc circumstantiam. Ita Sanch. in sum. 10. 1. lib. 2. c. 40. n. 28. Fagundez præc. 1. lib. 1. c. 4. n. 1. 3. & Syluius in 2. 2. D. Th. q. 1. 5. 4. art. 10. quidquid in contrariū videatur asserere Colmus Philarchus de offic. Sacerd. 10. 1. p. 2. lib. 3. c. 9. ad finem.

10. In resp. 25. vers. 1. post illa verba, & præsertim ex neoteriis adde Syluium in 2. 2. q. 1. 5. 4. art. 10. in fine.

11. In resp. 26. in fine, adde, quem contra Valq. docet Tannerus in p. 2. D. Th. disp. 4. q. 2. dub. 3. n. 4. 2.

12. In resp. 28. in confessione non est explicanda diuersitas contumeliarum, v. g. si quis vocauit aliquem furem, hæreticum, sodomitam, &c. Ita Fagundez præc. 2. lib. 3. c. 5. n. 3. Azor. 10. 1. lib. 4. c. 4. q. 5. Filluc. tom. 2. r. 2. c. 9. n. 3. 2. & Rebell. p. 1. lib. 2. q. 17. sect. 2. num. 3. quidquid in contrarium asserat Laym. in Theol. mor. lib. 1. r. 3. c. 3. n. 5. Lauor. r. de indul. p. 1. c. 4. num. 4. 3. Grassius in appen. ad decisi. lib. 1. c. 9. n. 6. Naldus in sum. ver. Hæresis. n. 2. Salas in p. 2. r. 2. r. 13. disp. 5. sect. 8. n. 90. & facit Beiar. in addit. ad Iulium Clarum, lib. 5. §. in iuria. n. 10. Sed tu tene primam sententiam, quam nouissime docet Sanc. in selectis, disp. 5. n. 10. extendens hoc & optime, etiam ad iudicia temeraria. vbi sic asserit. Non opus est penitentibus, quale iudicium fuerit, contra quam personam fuerit, Ecclesiasticæ, vel seculari, seu circa quam rem, explicare, dicendo scilicet, iudicauit Ioannem esse furem, vel fornicarium, aut hæreticum. In esse solum physico, iudicia hæc diuersitatem habent vt potest circa diuersa crimina, non verò in morali, cum contra iustitiam commutatum sint, prohibentem sub vna specifice ratione, & atoma famam non lædit. tam internè per iudicium, quam externè per detractationem, aut contumeliam. Ita Sanchius: sufficit igitur in confessione dicere, Toties iudicauit finitè de meo proximo, vel illum contumelia affeci.

13. In Resp. 30. in confessione non sunt explicanda mala volita, v. g. si fuerint circa facultates, vel circa personam, seu circa honorem, sed sufficit dicere: Toties odio habui proximum meum. Ita Homobonus de Bonis in exam. Eccles. p. 1. r. 6. c. 25. q. 112.

14. In resp. 31. diuersitatem graduum non facere diuersitatem specificam in inceptu, docet Io. de la Cruz in direct. consuet. p. 1. præc. 6. art. 4. dub. 6. concl. 3. & ideo aliqui probabiliter asserunt circumstantiam gradus incestus, nunquam esse necessariam in confessione explicandam; qui igitur habuit rem cum matre, vel sorore, sufficit, vt dicat, Habui copulam carnalem cum consanguinea in primo gradu, & ita docent Pharao-

nus r. de Sacr. Pæn. sess. 10. cas. 6. & alij penes ipsum; licet aliqui etiam probabiliter asserant contrarium, nempe talem circumstantiam esse in confessione explicandam, quia incestus cum matre variat speciem, est enim peculiari modo contra pietatem, & Doctores contrarium asserentes, exponi possunt dicendo, incestum esse eiusdem speciei subalternæ. Ita Henric. lib. 5. c. 8. n. 1. in gl. lit. E. & F. vide etiam Fay in addit. 3. q. 9. art. 2. disp. 7. ad 2. Lauor. r. de indul. p. 1. c. 14. n. 53. & Fabrum de panit. in 4. sent. disp. 7. q. vn. disp. 2. 4. c. 2. n. 33.

15. * In Ref. 37. Raptus non est circumstantia in confessione aperienda, si virgo sponte consentit. Hanc opinionem probabilem putat Fagund. præc. 2. lib. 4. c. 3. n. 17. iuncto cum n. 15. & 16. nam asserit in casu raptus, sententiam aliquorum philosophantium, esse sicut in casu stupri, quod si puella sponte consentit, non differt, vt dictum est, à simplici fornicatione.

16. * In resp. 39. in fine, adde hæc verba. Notandum est etiam quod Zanard. Dominicus in direct. confess. p. 1. de Sacr. Pæn. c. 18. fol. 204. docet, quod qui per noctem cum amafia dormiuit, non est opus, vt dicat, Ego eam cognoui per tot vices, sed feci quod potui, modo non habuerit interruptionem mentis, vel operis. Ita ille. Sed fallitur, nam opera illa consummata, sunt distincta peccata in confessione aperienda, nec vnum respicit, & ordinatur ad alterum. Ergo, &c.

17. * In resp. 42. tactus & oscula quantumuis libidinosa, quæ subsequuntur copulam non sunt in confessione explicanda. Ita Granado in p. 2. D. Th. contr. 6. r. 2. disp. 5. n. 11. Grassius in appen. ad decisi. lib. 1. c. 9. n. 12. Fagund. præc. 2. lib. 3. cap. 4. n. 14. & Salas in part. 2. r. 2. r. 1. 3. disp. 5. sect. 8. n. 91.

18. * In resp. 43. qui in peccato mortali excipit confessiones multorum successiue, vnum tantum peccatum committit, vt docet Fagundez præc. 2. lib. 4. c. 5. n. 9. vnde cum hæc circumstantia tantum notabiliter aggrauet, ego puto non esse necessariam in confessione explicandam, & ideo hæc sententiam docet, vt prius notaueram, Rodriq. in sum. nouissima, to. 44. n. 23. Sed nunc verba illius proferam, quia textus rarus est: sic igitur ait. Ni obsta que en estas comuniones ay mil actos distintos en numero, y assi parece auer distintos pecados, porque aunque sean distintos hablando moralmente antes in genere moris, se tienen por vn mismo acto, como tambien hablando desta materia se tiene por vn mismo acto confesar veynte sin leuantar se del confessorio, o leuantando se con intencion de luego boluer. Ita ille, quidquid in contrarium asserat Homobonus in exam. Ecclesiast. p. 1. r. 5. c. 13. q. 81. & Bonacina de Sacr. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. diff. 2. n. 7.

19. * In resp. 48. delectationes morales non differunt specie, quando non consistunt in efficaci voluntate sed in simplici complacentia, vnde sufficit, vt penitens dicat, Toties morose delectatus sum, sine explicatione an illa delectatio fuerit circa coniugatam, Monialem, &c. hæc sententiam probabilem putant Tann. in p. 2. D. Th. disp. 4. q. 7. dub. 8. n. 149. Salas in pr. 2. r. 2. disp. 6. sect. 6. n. 56. Azor. 1. lib. 4. c. 6. quas. 3. & Sauer. In iuxuria. num. 13.

20. * In resp. 64. non est necessarium in confessione ipsam omissionem explicare, quando non est sub libera omissionis potestate, sed sufficit tantum se accusare de causa omissionis. Ita Gran. in p. 2. D. Th. contr. 6. r. 4. disp. 3. n. 12. licet contrariam sententiam docuerit nouissime P. Bonici Societatis Iesu, vir quidem doctus, & Lector S. Theologiæ in Collegio Panormitano; Sed nostra sententia est etiam probabilis.

& in Ref. 137. §. Verū, in fine, & aliquid in Ref. 138. prope finem & in Ref. 17 §. vit. ad medium, & in Ref. 18. §. Et tandem, & seqq.

* Quæ hic est supra Ref. 94.

* Quæ hic est supra Ref. 117. & in aliis Ref. eius vit. tot. & lege supra doctrinam Ref. 25. & aliarum eius primæ annot. & sequæ.

* Quæ hic est supra Ref. 119. & in aliis §§. eius primæ annot.

* Quæ hic est supra Ref. 41. & in Ref. 27. §. Nec obstat, & in multis alijs carum not.

* Quæ hic est supra Ref. 103. ne delectationes legere doctrinam Ref. & vers. eius primæ not.

* Quæ hic est supra Ref. 61.

In indice primo huius Tom. 1. lege Apendicem ad hunc Tract. 7. vbi inuenies alias multas, Diffic. mistas & dispersas per alios Tom. Tract. & Ref. qua simul pertinent ad hunc Tract. 7. de Circumstantiis, &c.

